



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Sectio Prima. De Institutione & Materia Baptismi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)



Varia ob  
varios effe-  
ctus Baptif-  
mi nomina.  
Bellarm.  
Suarez.

Qui etiam propter varios effectus, sive utilitates, varia fortitur nomina, quæ vide apud Bellarminum lib. 1. de Baptismo cap. 1. Suarium quæst. 66. art. 1. & alios; longior enim sim, si velim omnia referre & singulorum rationes subtexere. De hoc Baptismo propriè instituitur præsens disputatio; cujus erit

## SECTIO PRIMA.

### *De Institutione & Materia Baptismi.*

3  
Prima ex  
Doctore  
Subtili Ba-  
ptismi defi-  
nitio.

**I**nstitutioni præmittit Doctor Subtilis 4. d. 3. qu. 1. duplicem Baptismi definitionem. Primam exprimit his verbis num. 3. Baptismus est ablutio hominis aliquatenus consentientis, facta ab alio in aqua, simul verba certa cum intentione debita proferente, significans efficaciter ex institutione divina abluitionem animæ à peccato. Ubi sola ablutio ponitur in recto, juxta opinionem (quam ibidem judicat probabilem) quòd relatio Baptismi tota & totaliter fundetur in sola abluitione; sola inquam, id est, nihil aliud fundet, neque ut totum fundamentum, neque ut pars fundamenti (sunt verba Scoti n. 2.) sed non sola, id est, ipsa sine quibuscumque alijs: imò oportet eam habere multa alia concomitantia, ad hoc ut fundet, scilicet & quòd sit à tali ministro, sic intendente &c.

In qua sola  
ablutio po-  
nitur in re-  
cto,

Quia sola  
ablutio ex-  
terior vide-  
tur sufficere  
significare  
ablutionem  
interiorem.

Sed quoniam  
veritas  
conferunt  
verba,  
ideo assignat  
alteram  
definitionem.

Rationem autem hujus opinionis assignat n. 3. Quia ablutio exterior satis potest poni significare abluitionem interiorem, animæ scilicet à peccatis; neque enim ex verbis majorum accipit vim significandi, cum & illa aquæ sint indifferentia ad designandam abluitionem corporis vel animæ. Quia tamen contrariam sententiam existimat veriorum, nempe quòd verba sint pars fundamenti: Quia (inquit) verba non videntur esse simpliciter necessaria, nisi essent signum vel pars signi; hinc assignat secundam definitionem, inquit: Quòd si teneatur alia via, scilicet quòd verba sint pars fundamenti, tunc posset poni alia ratio Baptismi: Quòd Baptismus est Sacramentum abluitionis animæ à peccato, consistens in abluitione hominis aliquatenus consentientis, facta in aqua ab alio abluente, & in verbis certis simul ab eodem abluente cum debita intentione prolatis.

Parva vis est (ut notat scholium præfixum num. 2.) utra teneatur: Nec enim (inquit Doctor n. 4.) est differentia inter istas rationes, quin eadem secundum utramque sint necessaria ad Baptismum: sed una ponit in

definitione eius solam abluitionem in recto, alia ponit & abluitionem & verba ex aquo ad eam rationem pertinere, qua differentia conjungit ex diverso opinandi modo de fundamento hujus relationis, an sit sola ablutio circumstantiata, an simul ablutio & verba.

Cæterum posterior definitio videtur propriè essentialis; datur quippe per genus & differentiam metaphysicam; uti & illa Catechismi Rom. tit. de Baptismo §. Quòd autem: Sacramentum regenerationis, sive regenerativum, per aquam in verbo, hoc est, per abluitionem aquæ, & invocationem SS. Trinitatis. Et hinc quamvis per Pœnitentiæ Sacramentum possit dici homo aliquo modo regenerari, maxime quando à fide Christi excidisset, juxta illud Galat. 4. v. 19. Filii mei, quos iterum parturio; non tamen est regeneratio per aquam.

Definitio Apostoli ad Ephes. 5. v. 26. & ex illo D. August. supra: Lavacrum aqua in verbo vitæ (cui conformis est illa Mag. 4. dist. 3. Ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta) potius est aliqua descriptio per partes quasi physicas; scilicet lavacrum aquæ, sive abluitionem aquæ, quæ est materia proxima; & verbum vitæ, id est, invocationem SS. Trinitatis, quæ est forma. Eodem modo ac si quis definiret hominem: Corpus informatum anima rationali; vel magis propriè, exprimendo utramque partem essentialem in recto: Homo est corpus, & anima rationalis unita. Hæc est ergo physica definitio Baptismi: Lavacrum sive ablutio aquæ, & verbum vitæ sive certa verborum forma.

Et si objicias: Baptismus & ablutio sunt synonyma; Respondeo, verum esse secundum primævam institutionem verbi Baptismus, non autem prout de facto à Scriptoribus Ecclesiasticis usurpatur, ut supra vidimus.

Post hanc declarationem quid nominis

4.  
Que est de  
essentiali.

Catech.  
Rom.

Gal. 4.

Assignat  
ab aqua  
est ratio  
definitio  
prio per  
partes quasi  
physicas.  
Magister.

Physica de  
finitio Bap-  
tismi.

5.  
Objectio &  
responsio.



nis & rei in Baptismo, pro eius institutione sit

CONCLUSIO I.

Primum omnium Sacramentorum locum tenet Baptismus, plenè à Christo institutus paulò postquam à Joanne fuit baptizatus.

6. Baptismus est verum Sacramentum. Ut definitur in Concilio Florentino, Trident. Baptismus esse verum novæ Legis Sacramentum, nequidem hæretici audent negare; omnes siquidem qui aliqua Sacramenta agnoscunt, semper primo loco ponunt Baptismus. Definitur autem à Concil. Florentino in decreto Unionis ibi: *Novæ Legis septem sunt Sacramenta, scilicet Baptismus &c.* Et à Concil. Tridentino sess. 7. can. 1. de Sacramentis in genere: *Si quis dixerit, Sacramenta novæ Legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismus &c.*

Rationem do: quia est cæremonia sensibilis seu externa (quam nemo sanæ mentis potest negare) causans gratiam sanctificantem sive remissionem peccatorum ex opere operato; ut patet ex Scriptura Joan. 3. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Mar. ult. v. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit.* Ad Titum 3. v. 5. *Secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis.* Ad Ephes. 5. v. 26. *Mundans lavacro aque in verbo vitæ.* Act. 2. v. 38. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum.*

7. Confirmatur perpetuo usu Ecclesiæ & infinita propemodùm Patrum auctoritate, quorum aliqui plures hac de re libros scripserunt, ut D. Basilius & August. adeo ut hæc veritas potiùs ab Auctoribus supponatur, quam de ea disputetur. Unde Scotus 4. dist. 3. q. 4. n. 2. *Quæstio* (inquit) *supponit Baptismus institutum fuisse in lege nova, quod verum est & rationale. Verum, sicut patet ex multis auctoritatibus novi Testamenti & Christi & Apostolorum, in quibus probatur necessitas Baptismi, quod non esset, nisi esset institutus in lege illa legitime.* Et infra num. 3. *Isud etiam suppositum est rationale; quia Sacramentum principale legis Evangelicæ, per quod scilicet intratur in eius observantiam, debuit esse novum & proprium illi legi..... debuit*

etiam isud Sacramentum esse evidens in significatione, quia ista est lex veritatis evacuans umbram. Et debuit esse copiosum in gratiæ collatione, quia hæc est lex gratiæ. Ioan. 1. *Gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Debuit etiam esse facile, quia Jugum Christi suave est & onus eius leve, Matth. 11. *Item debuit esse commune, quia Deus ad legem Moysi elegit unum populum tantùm, sed ad novam Legem totum mundum: In omnem terram exiit &c.* Hæc quatuor inveniuntur in uo, scilicet in ablutione cum verbis; quia hoc evidenter significat mundationem animæ, quæ est effectus principalis, & dat gratiam copiose. Unde in Psalm. dicitur aqua refectiois. *Super aquam refectiois educavit me.* Est & facilis; quia nullo modo periculosa, sicut fuit Circumcisio: & communis omni sexui & ætati.

Ubi nota, cum Doctor dicit Baptismus esse Sacramentum principale sive primum legis Evangelicæ, non intelligere primum dignitate (constat quippe ex disputatione præced. Sect. 4. Concl. 3. alia Sacramenta, puta Confirmationem & Ordinem, & probabiliter Eucharistiam, esse digniora) sed primum origine, id est, institutione ac susceptione; de qua etiam primitate intelligitur conclusio, quæ desumpta est ex Florentino supra, ibi: *Primum omnium Sacramentorum locum tenet Baptismus.* Et ostendens de qua primitate loquitur, addit: *Quod vitæ spiritualis ianua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficiuntur Ecclesiæ.* Et Doctor: *Per quod scilicet intratur in eius (Ecclesiæ) observantiam.*

Eodem modo loquitur Rit. Rom. titulo de Sacramento Baptismi in principio: *Sacrum* (inquit) *Baptisma Christianæ Religionis, & æternæ vitæ ianuam, quod inter alia novæ legis Sacramenta à Christo instituta primum tenet locum &c.*

Enimverò omnia Sacramenta, præter Eucharistiam, invalidè administrantur non baptizatis; hæc verò illicitè, nisi fortè in extrema necessitate, quando Baptismus est impossibilis. De Confirmatione habetur sess. 7. Concilij Trident. Can. 1. de hoc Sacramento: *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum &c.* De Pœnitentia colligitur ex eodem Concilio sess. 14. ubi plurius locis supponit Sacramentum hoc solùm esse institutum pro lapsis post Baptismus cap. 1. ibi: *Quo tam insigni factio, & verbis tam perspicuis potestatem remittendi & retinendi peccata ad reconciliandos fideles post Baptismus lapsos &c.*

Invaliditas Extremæ Unctionis probatur ex eadem sess. in præmio de Sacramento Extremæ Unctionis, ibi: *Quod* (Sacramen-

Illudque probat per varias rationes & congruentias; Joan. 1. v. 17. Matth. 11. v. 30.

Psalm. 18. v. 21. Psalm. 22. v. 2.

8. Et vocatur ab ipso primo novæ Legis Sacramentum;

Intellige institutionem & susceptionem obligationem.

Quomodo loquitur etiam Florentinum;

Et Rituale Romanum;

9. Ratio: quia est invalida aut illicita Sacramentorum administratio non baptizatis.

Offenditur invaliditas Confirmationis & Pœnitentiæ ex Trident.

Baptismus est verum Sacramentum. Ut definitur in Concilio Florentino, Trident.

Et probatur ex natura Sacramenti ut sic.

Mar. ult.

Ad Titum 3.

Ephes. 5.

Act. 2.

7. Et confirmatur usu Ecclesiæ & Patrum auctoritate.

Scotus.

Quibus consentit Scotus,



cramentum) non modo Penitentia, sed & totius Christiana vite, qua perpetua Penitentia esse debet, consummativum existimatum est à Patribus. Ergo supponit vitam Christianam. Item cap. 1. ibi: Per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum. Ergo pro illis solis institutum. Præterea cap. 3. ibi: Et denique qui hanc extremam Vnctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant.

Item Extreme Unctionis.

Item Sacra Ordinationis, per quam quis constituitur in altiori gradu in Ecclesia.

Item Matrimonij.

Quæ omnia sunt clara ex cõmuni sensu Ecclesiam.

De tempore institutionis Baptismi controversant DD. Catholici,

Veritas ex sacro quod non tunc quando Christus à Joanne baptizabatur.

Neque cum dictum fuit Nicodemis: Nisi quis &c.

Porro quod attinet Sacram Ordinationem, cum per illam homo constituitur in altiori gradu in Ecclesia Dei, quam sint cæteri Christiani, necessarium est ut prius sit sicut cæteri; quippe nullus constituitur Præfectus vel Dux exercitus, quin hoc ipso intelligatur miles vel subditus. Sic ergo neque Ecclesia aliquem constituit Præfectum, nisi sit ipsi subditus, saltem per characterem Baptismi. Denique constat Matrimonium infidelium non esse verum Sacramentum, cum possit dissolvi altero ad fidem converso; ut latius infra in proprijs disputationibus.

Igitur manifestum est, accedente communi consensu & traditione universalis Ecclesiam, reliqua omnia Sacramenta in sui subiecto præsupponere Sacramentum Baptismatis; quoniam Sacramenta solum instituta sunt in Ecclesia militante; per consequens pro ijs dumtaxat, qui vel per illa Ecclesiam ingrediuntur, vel certe jam in ea existunt.

Sed cum hæc satis consent, controversia est tamen inter Doctores Catholicos de tempore institutionis hujus Sacramenti. D. Leone, Chrysostomo, Ruperto, & alijs nonnullis Patribus opinantibus (saltem secundum externam apparentiam) institutum tantummodò post passionem; ob quorum auctoritatem ista opinio non est aliquà notà digna: quamquam Maldonatus in cap. 3. Joannis eam notet erroris. Mag. D. Thom. & alij putant probabilem.

Conclusio sicut communior, ita apparet verior, quam tradidit Doctor Subtilis 4. d. 3. q. 4. n. 2. ibi: Quando tamen primò fuit institutus ( Baptismus ) dubium est.

Non quidem quando Christus baptizabatur à Joanne; quia ille non fuit Baptismus Christi; id est, in forma Christi, sed in forma Joannis: tamen Christus dedicavit tunc aquam tanquam materiam idoneam suo Baptismo ex contactu sua mundissima carnis; quia in legislatore confirmatus est usus aque, id est ut ministerium. Nec etiam in illo verbo Ioan. 3. dicto Nicodemis: Nisi quis &c. quia non est verisimile tam necessarium Sacramentum in conclavi coram per-

sona privata institui, que non debuit esse præ institutionis illius. Neque etiam dissecebatur institui usque ad tempus Ascensionis Matth. ultimo; nam discipuli Christi ante passionem baptizabant Baptismo Christi. Ioan. 3. dicunt discipuli Joannis ad ipsum: Rabbi, cui testimonium perhibuisti, ecce ipse baptizat, & omnes veniunt ad eum. Et sequitur cap. sequenti: Quamquam J.esus non baptizaret, sed discipuli ejus, Convincitur ergo tempus institutionis fuisse ante illud tempus, quo discipuli Christi baptizabant, licet præcise hora institutionis non legatur in Evangelio. Ita Scorus.

Cum ergo paulò post Baptismum Christi ejus discipuli baptizaverint, videlicet ante captivitatem Joannis, ut patet ex Scripturis statim citatis: Joannes autem paulò postquam Christus fuit baptizatus, missus fuerit in carcerem, prout colligitur ex Mar. 6. & Luc. 3. sequitur ex mente Doctoris tunc fuisse Baptismum institutum.

Hanc sententiam docet D. Aug. ( quem sequuntur Mag. D. Thom. & alij plerique Scholastici ) Tract. 5. in Joan. circa finem: Non Iudam Joanni, sed Baptismum Christi etiam per Iudæ manus datum, Baptismo Joannis, etiam per manus Joannis dato rectè proponimus. Etenim dictum est de Domino antequam pateretur, quia baptizabat plures quam Joannes ( etiam Joanne adhuc vivente ) deinde subintelligitur: quamvis ipse non baptizaret, sed discipuli ejus: ipse, & non ipse. Ipse potestate, illi ministerio.

Ergo pro tunc erat institutus Baptismus Christi juxta mentem Doctoris sancti, qui tract. 13. in Joan. ad ista verba: Post hæc venit Iesus, & discipuli ejus in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat; sic inquit: Baptizatus baptizat, non eo Baptismo baptizat, quo baptizatus est. Dat Baptismum Dominus baptizatus à servo, ostendens humilitatis viam, & perducens ad Baptismum Domini: hoc est, Baptismum suum, præbendo humilitatis exemplum, quia ipse non respicit Baptismum servi. Idem docet Tract. 15. in principio. Igitur discipuli Christi baptizabant Baptismo Christi, & non Baptismo Joannis secundum D. August.

Confirmatur Primò: quia Joannes paulò ante turbis prophetaverat de Baptismo Christi fortiori, velut de ere instanti, Lucæ 3. v. 16. Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Quare quilibet videns Christum per suos baptizantem, indubitanter apprehendere debebat, illum esse Baptismum prænuntiatum à Joanne. Unde & multi permoti testimonio

Neque illa fuit institutio que ad ascensionem Jo. 3. 26.

Sed facta post Christi Baptismum ante Joannis captivitatem.

17.

Hoc docet D. Aug. Tract. 5. in Joan.

Et tract. 15.

12. Quod confirmat etiam Joannis propheta Luc. 1.



testimonio Joannis conferebant se ad Christum, tamquam collaturum Baptismum perfectiorem.

Et tunc cum ipsi discipuli Joannis baptizarent, sed solus Joannes; quomodo credibile est Christi discipulos usos fuisse Joannis Baptismo? praeterquam cum nullus esset utilitatis, sed *militans* solummodo Christo (ut loquitur D. August. lib. de unico Baptismo cap. 7.) sicut legis vetera Sacramenta praefiguratario fungebantur officio; adeoque non usurpandus ab ipso Christo, tamquam minus congruens ejus dignitati. Ceteroquin quomodo recte Christus dicitur baptizasse per discipulos suos, & non potius Joannes? Et quam vel apparentem causam querela habuissent discipuli Joannis, quandoquidem summe honorificum id fuisset eorum Magistro?

Confirmatur Secundò: quia Baptismus discipulorum Christi refertur mox post relatum discursum Christi cum Nicodemus Jo. 3. in quo dictum erat v. 5. Nisi quis renatus fuerit &c. finito namque colloquio, v. 22. subiungitur: Post haec venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudaeam: & illic demonstrabatur cum eis, & baptizabat. Utiq; Baptismo, quem antea praenuntiaverat, & de quo intruxerat Nicodemum. Nititur itaque conclusio nostra, quae est D. August. Cyrilli, aliorumque sanctorum Patrum, violenta praesumptione ex Scriptura desumpta.

Probatum autem Secundò ex Communione Eucharistica, quam Christus distribuit Apostolis ante passionem in ultima cena (Matth. 26. v. 26. Accipite & comedite: hoc est corpus meum) & Ordinatione ibidem facta, qua Apostolos constituit Sacerdotes, ut docet Trid. sess. 22. c. 1. ibi: Quia tamen per mortem sacerdotium eius (Christi) extinguendum non erat, in cena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilecta sponsa sua Ecclesia visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret Sacramentum &c. corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit &c. Et can. 2. Si quis dixerit, illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes &c. anathema sit. Porro (ut ostendimus hac conclusione) tam Eucharistia, quam Ordinatio supponunt Baptismum, qui juxta legem ordinatam est janua ad reliqua Sacramenta, eorumque effectus percipiendos. Neque constat de dispensatione. Ergo saltem ante passio-

nem Baptismus Christi erat institutus.

Profectò Apostolos fuisse baptizatos Baptismo Christi, docet D. August. Epistolà 108. circa medium: Scriptum (inquit) est, quando baptizatus est Apostolus Paulus; & scriptum non est, quando baptizati sunt alij Apostoli: verumtamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus. Quemadmodum scriptum est, quando baptizatae sunt plebes Ecclesiarum in Hierusalem & Samaria; quando autem baptizatae sunt aliae plebes gentium, quibus Apostoli Epistolae miserunt, non est utique scriptum: & tamen etiam ipsas baptizatas utique minime dubitamus, propter illam Domini sententiam: Nisi quis renatus fuerit &c.

Quòd autem fuerint baptizati ante passionem, paucis interjectis significat his verbis: Tunc ergo quando ab Hierosolymis exiit cum discipulis suis in Iudaeam terram, & illic morabatur cum eis, baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos sive Baptismo Joannis, sicut nonnulli arbitrantur; sive, quod magis credibile est, Baptismo Christi. Neque enim ministerio baptizandi desuit, ut haberet baptizatos servos, per quos ceteros baptizaret, qui non desuit memorabilis illius humilitatis ministerio, quando eis lavit pedes, & petenti Petro, ut non tantum pedes, verum etiam manus & caput ei lavaret, respondit: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus: Vbi intelligitur, quòd iam Petrus baptizatus fuerat.

Quis ergo dubitet, iam tunc Baptismum fuisse institutum; idque non solum quoad designationem materiae, sed etiam quoad traditionem formae, atque propriam & intrinsecam ejus significationem & efficaciam? Quippe sola designatio materiae non est institutio Sacramenti, cum sola materia non sit Sacramentum; neque per illam solum sine forma potuerunt Apostoli baptizare. Nulla quoque erat ratio, quare effectus differretur, scilicet intrinsecus & proprius, hoc est, collatio gratiae sanctificantis, & impressio characteris.

Equidem post passionem habuit aliquem effectum extrinsecum, quem ante Christi sanguinem effusum non habebat, non defectu significationis aut efficaciae sacramentalis, sed quia nòdum plene erat persolutum pretium nostrae redemptionis, ut disertis verbis docet Innocentius III. c. Maiores 3. de Baptismo: Etsi originalis culpa remittebatur per circumfisionis mysterium, & Sacramentum Baptismi ante mortem Christi, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum caelorum, quòd usque ad mortem Christi sui omnibus observatum; sed per Sacramenti Baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittebatur.

H h vitatur

15. Apostoli fuerunt baptizati Baptismo Christi, S. August.

Etiã ante passionem, ut significat Augustinus

16.

Adeoque fuit institutus etiam quoad traditionem formam.

Habuit tamen post passionem aliquem effectum, quem non ante.

Innoc. III.

S. August.

13. II. ex Christi doctrina Joannis 3.

14. Probatum est ex Communione Eucharistica ante passionem distributa, Matth. 26. Trid.

Et ex Ordinatione in ultima cena facta.

Quia utriusque Sacramenti supponit Baptismum.



Seilicet re-  
serationem  
januæ cate-  
stis.

17.  
Unde bene  
dicitur Ba-  
ptismus post  
resurrectio-  
nem solum  
completè  
institutus.

Rom. 6.

Propter si-  
gnificatio-  
nem Passio-  
nis & Res-  
urrectionis  
Christi,

Et usque  
frequentio-  
rem usum  
& dispensa-  
tionem,

Et susci-  
piendi obli-  
gationem.

18.

Leo Papa.

19.  
Nec refer-  
ret, quod  
oppositum  
docuisset  
D. Leo ali-  
que PP.

vicatur periculum, & ad regnum celorum per-  
venitur, cuius ianuam Christi sanguis fidelibus  
suis misericorditer referavit.

Quâ ratione dicere possumus, Baptis-  
mum quoad suam institutionem & effi-  
caciâ fuisse completum post Resurrectio-  
nem; sicut etiam ex parte rei significat:  
siquidem significat Passionem & Resur-  
rectionem Christi, teste Apostolo ad Ro-  
man. 6. vers. 3. 4. & 5. An ignoratis, quia  
quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in  
morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim  
sumus cum illo per Baptismum in mortem:  
ut quomodo Christus surrexit à mortuis per  
gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ  
ambulemus. Si enim complantati facti sumus  
similitudini mortis eius; simul & resurrectionis  
erimus.

Perficiebatur quoque Baptismus post  
Resurrectionem quoad usum & dispensa-  
tionem, quando Christus Apostolos  
suos misit in universum mundum, ut  
docerent omnes gentes baptizantes eos &c.  
Matth. ultimo tribuens ipsi potestatem  
etiam gentiles baptizandi; & consequen-  
ter omnibus imponens præceptum Ba-  
ptismum suscipiendi, Marci ultimo: Qui  
crediderit & baptizatus fuerit &c. Etenim  
licet ante mortem Christi Baptismus esset  
institutus & utilis, tamen nondum necessa-  
rius, ut infra videbimus.

Et de hac forma, sive præcepto & or-  
dine baptizandi omnes gentes, intelligi  
posset quod ait Leo Papa Epistola 4.  
cap. 3. Dominus Iesus postquam resurrexit  
à mortuis, discipulis suis, in quibus omnes Ec-  
clesiarum Præsules docebantur, formam &  
potestatem tradidit baptizandi, dicens: Eun-  
tes ergo nunc docete omnes gentes, ba-  
ptizantes eos in nomine Patris, & Filij,  
& Spiritus sancti. De quo utique eos ante  
passionem potuisset instruere, nisi propriè voluis-  
set intelligi regenerationis gratiam ex sua re-  
surrectione capisse &c.

In quibus equidem verbis, etiam in  
Adversariorum sensu intellectis, Pontifex  
nihil definit; sed tantum doctrinaliter  
agit, volens Episcopis Siciliae persuadere,  
ne Baptismum conferrent in die Epipha-  
niæ; sed illum differrent usque ad Resur-  
rectionem, & Pentecosten: etsi alioquin  
Epistola sit decretalis, seu contineat simul  
aliqua decreta.

Et esto contrarium nostræ conclusio-  
nis senserit D. Leo, & alij nonnulli Pa-  
tres, nobiscum docent D. August. &  
plures alij. Ratio quoque adstipulatur.  
Quis enim credat Christum in formatio-  
ne suæ Ecclesiæ, congregatis jam disci-

pulis in specialem cœtum, non adhibuisse  
Baptismum, januam & signum Chri-  
stianismi? Distulit tamen eum extrinse-  
cùs perficere, usque dum in Pentecoste,  
lege Evangelicâ promulgatâ, cunctis na-  
tionibus obligationem imposuit Ecclesiam  
suam intrandi per ejusdem susceptionem.  
Quod ergo dicitur in conclusione: Plenè  
à Christo institutus, intellige de perfectio-  
ne sive plenitudine essentiali & intrin-  
seca.

Ex his facillè est respondere ad ea, quæ  
Adversarij nobis opponunt. Primò: non  
leguntur discipuli ante mortem Christi ba-  
ptizasse, nisi vivente Joanne Baptista: ergo  
Baptismate Joannis.

Respondeo Primò ex D. August. supra  
Epistola 108. Non omnia quæ facta sunt, etiam  
scripta inveniuntur.

Respondeo Secundò negando conse-  
quentiam; potuit quippe Baptismus Chri-  
sti circa principium suæ institutionis usur-  
patus, postea pro tempore fuisse intermis-  
sus, cum nondum obligaret. Sic enim ne-  
que statim post Resurrectionem leguntur  
Apostoli baptizasse; sed solum post pro-  
mulgationem legis novæ facta in die Pen-  
tecosten; quia pro tunc solum Baptismus  
incipiebat obligare: quando & ipsi Apo-  
stoli antea abluti Baptismo fluminis, rur-  
sum baptizati sunt (juxta illud Act. 1.  
v. 5. Vos autem baptizabimini Spiritu san-  
cto) Baptismo fluminis. Spiritus namque  
sanctus (utor verbis D. Gregor. Homil. 30.  
in Euang.) repente sonitu super discipulos ve-  
nit, motusq; carnalium in sui amorem permu-  
tavit; & foris apparentibus linguis ignis, in-  
tus facta sunt corda flammantia: quia dum  
Deum in ignis visione susceperunt, per amorem  
suaviter arserunt; repleti utique omnium  
charismatum donis: Vt enim is (inquit  
Cyrillus catech. 17.) qui aquâ mergitur &  
baptizatur, undique ab aquâ circumdatur, sic  
illi à Spiritu baptizati, sunt perfecti.

Sanè de hac perfectione & plenitudine  
atque copia gratiarum Spiritus sancti in-  
telligi debet quod dicitur Joannis 7. vers.  
39. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus  
nondum erat glorificatus. Alioquin indubi-  
tatum est, ante Christi passionem Mariam  
Magdalenam, Apostolos & alios invisibi-  
liter accepisse Spiritum sanctum, id est,  
gratiam sanctificantem.

Opponunt Secundò: Apostoli tunc ig-  
norabant mysterium SS. Trinitatis, in quo  
tamen datur Baptismus Christi.

Respondeo Primò negando assumptum;  
sciverunt siquidem quantum necesse erat  
ad preferendam formam, etsi fortè sensum  
formæ

20.  
Satis ad-  
versariorum  
argumenta.

2. Aug. 1.

Ad primam  
respondetur:  
discipuli:  
quia non  
fuerunt  
dum de eor-  
um scriptura

Et potuit  
ultrapari, &  
post inter-  
mitti.  
Act. 1.

3. Greg.

Cyrillus

21.  
Secunda  
objectio.

Responde-  
tur primò



formæ non intelligerent distinctè & perfectè.

Respondeo Secundò, si probabile sit (de quo infra) Apostolos aliquando baptizasse, etiam post passionem, in solo nomine Jesu; id potius credi potest fuisse factum in principio.

Ceterùm (teste Evangelista Joanne cap. ultimo sui Evangelij v. ultimo) Sunt & alia multa, quæ fecit Jesus, & docuit: quasi scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendis sunt libros. Inter illa autem meritò numerari potest privata instructio Apostolorum circa mysterium SS. Trinitatis, & traditio formæ Baptismatis, quam post Resurrectionem suam Christus publicè proposuit Matth. ultimo, præcipiens generaliter Apostolis Baptismum conferre, & toti mundo eum suscipere.

Opponunt Tertiò: Baptismus omnem suam vim habet ex passione Christi.

Respondeo, etiam antiquos Patres omnem gratiam accepisse ex meritis & passione Christi; sed prævisis. Deus (inquit Apostolus ad Ephes. 1. v. 3.) & Pater Domini nostri Jesu Christi benedixit nos omni benedictione spiritali, in celestibus in Christo; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem; ut essemus sancti, prædesinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum, in ipsum, secundum placitum voluntatis sue &c.

Et si à me queratur, quomodò præmium, scilicet collatio gratiæ, in antiquis Patribus præcesserit meritum Christi, quo illis meruit illius gratiæ collationem? Respondeo cum Doctore Subtili 3. d. 19. q. 1. n. 10. Quòd meritum Christi prævidebatur ab æterno, & ut sic prævisum acceptum fuit, ut aliquid boni conferretur electis ratione illius antiquam exhiberetur; ut scilicet eis, qui præcesserunt exhibitionem passionis eius, dimitteretur originale, & conferretur gratia.

Probat exemplo ex D. Anselmo lib. 2. Cur Deus homo; cap. 16. Esto (inquit) quòd multi offenderint unum regem, & pro offensa exulant, venit unus innocens de sanguine illorum, & promittit facere unum opus pro rege placitum ei certo die statuto, ut rex remittat eis offensam, & reconcilietur eis. Rex acceptando servitium promissum remittit offensam, & si aliquis eorum deliquerit, si satisfacere & penitere voluerit, promittit ei iterum offensam illam dimittere, protestando tamen quòd nullus eorum, qui fuerint inimici, intrabunt palatium suum; quousque servitium innocentis impleatur. Sic hic, passio Christi hominibus innocentibus ab æterno prævisæ, ut exhibenda in certo tempore, fuit multum

accepta Trinitati, & pro ista omnibus credentibus illam exhibendam in tempore remisit offensam, quam contraxerant ex Adam, & quam postea commiserant, si penitere voluerint: non tamen accepit eam tantùm, ut aliquis ingrederetur palatium suum æternum, antequam passio exhiberetur in effectu. Isto modo remisit Patribus offensam in circumcisione, sicut nobis in Baptismo: sed nullus est ingressus in palatium ante Passionem exhibitam.

Opponunt Quartò; ad Scripturas & conjecturas ex illis supra à nobis desumptas, Responderi potest: Primò, Christum dici baptizasse (esto Baptismo Joannis) per discipulos, tamquam famulos, sicut Dominus per famulum dicitur aliquod facere.

Secundò, quòd discipuli Joannis conquirentur, causam fuisse, quia indignabantur aliquos alios, præsertim alterius congregationis, se immiscere in baptizando, quod Joannes solus hæcenus fecerat.

Tertiò, quòd Judæi non apprehenderint hunc esse Baptismum, quem Joannes prædixerat, vel audiendo quòd uterentur ipsa Joannis formâ, vel certè intelligendo ex ore discipulorum aut Christi, Baptismum à Joanne prædictum venturum fore postea; non enim omnia (ut mox diximus) sunt scripta.

Fateor: sic quodammodò eluduntur conjecturæ; interim ad summum ostenditur Scripturas citatas omninò non convincere, adeoque contrariam sententiam probabiliter posse sustineri, quod supra concessi. Solùm noto ultimam elusionem gratiæ profus confingi sine fundamento contra communem conceptum, quem ex plano contextu & serie rerum gestarum, prout in Evangelio referuntur, quilibet prudens non præoccupatus statim eliceret.

Ex eodem textu & serie facillè quisque colligit, Sacramentum Baptismi non esse institutum antequàm Christus baptizaretur à Joanne, vel etiam dum baptizaretur: cum enim esset janua novæ Legis, ante hujus prædicationem non conveniebat illud institui. Potro priusquam Christus baptizaretur à Joanne, nondùm inceperat docere; ut patet ex Luc. 3. v. 21. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato & orante, apertum est calum &c. Sequitur v. 23. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta. initium autem doctrinæ ejus narratur capite sequenti; postquam enim Evangelista exposuisset tentationem Christi in deserto à diabolo, & consummationem tentationis, & regressam Jesu in Galilæam, subdit v. 15. Et ipse docebat in

Hh 2

synagogis

Respondeo

Joan. ult.

Apostoli sciverunt ex privata instructione mysterium SS. Trinitatis.

22.

Respondeo ad tertium, quòd Baptismus habuerit vim ex Christi meritibus prævisis; Ephef. 1.

Potest etiam præcedere meritum tempore.

Secus.

Quod ostenditur pulchro ex D. Anselmo exemplo.

Applicatur meritibus Christi.

23. Quarta obiectio.

Respondeo Scripturas citatas non omnino convincere.

24.

Non conveniebat Baptismus institui ante novæ Legis prædicationem; Luc. 3.

Que prædicatione non fuit facta ante Baptismum datû Christi.



synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

Cum ante illum non legatur habuisse discipulos Mar. 2.

Sed solum post Joannis traditionem.

Act. 1.

Neque legitur antecederet ad Baptismum Joannis habuisse ullos discipulos; sed postquam traditus est Joannes (ait Evangelista Mar. c. 1. v. 14.) venit Iesus in Galileam predicans Evangelium regni Dei &c. Subjungitque v. 16. & 17. Et preteriens secus mare Galilee, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare (erant enim piscatores) & dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relinquit retibus secuti sunt eum. Qui & fuerunt primi ejus discipuli. Unde dicebat Petrus Actor. 1. v. 21. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Iesus incipiens a Baptismate Joannis usque in diem, qua assumptus est &c.

Non est autem credibile, instituisse proprium novae Legis Sacramentum, nisi publice & respectively ad Ecclesiam visibilem novi Testamenti, quae non fuit antequam Christus doceret aut haberet discipulos; quippe Ecclesia non est aliud, quam cœtus hominum Christianae fidei professione ac Sacramentorum participatione sub uno legitimo pastore coadunatorum. Adde, quod pro tunc nullus poterat esse usus novi Baptismatis durante adhuc Baptismo Joannis, qui erat dispositio ad ipsum.

25.

Simul fuit Baptismus Christi & Baptismus Joannis.

Convincitur ergo institutionem Sacramenti Baptismatis non præcessisse illud tempus, quo Christus à Joanne fuit baptizatus. Concomitantiam videntur astruere aliqui Patres, sed etiam absque sufficienti fundamento sive ex Scriptura, sive ex ratione, nisi intelligantur (sicut commodè possunt intelligi) de materia designatione & aliquali sanctificatione, dedicatione videlicet, sive benedictione quadam eterna, sicuti modò fons baptismalis speciali ritu benedicatur. Ita explicat Scotus 4.

Scotus.

d. 3. q. 4. n. 2. ibi: Quando tamen primò fuit institutus, debuit esse. Non quidem quando Christus baptizabatur à Joanne; quia ille non fuit Baptismus Christi, id est, in forma Christi, sed in forma Joannis; tamen Christus dedicavit tunc aquam tamquam materiam idoneam suo Baptismo ex contactu suae mundissimae carnis.

Sed solum quoad materiam designationem & quandam sanctificationem.

Quòd autem Sancti Patres ita possint, imò debeant explicari, probatur: quia etiam illi, qui docent Baptismum solum esse institutum post passionem, asserunt nihilominus Christum suo Baptismo sanctificasse aquas &c. ut patet apud Tertull. lib. adversus Judæos cap. 8.

Sic possunt & debent Sancti PP. intelligi.

Accedit, quòd institutio Sacramentorum sic actus personae communis & legis-

latoris, quam Christus in suo Baptismo non sustinuit; sed privatam potius & penitentis.

Alioquin Christus in isto Baptismate ad vivum expressit Baptismum à se instituentium, non solum quoad materiam, per abluitionem scilicet externam corporis, quam in se admisit, sed etiam quoad formam, sive invocationem SS. Trinitatis per apparitionem trium personarum, Patris in voce, Filij in humanitate, Spiritus Sancti in specie columbae; promeruitque tunc sua humilitate, ut Baptismus à se instituentus haberet vim sanctificandi; aquas etiam suo contactu moraliter consecravit (ut supra ex Scoto dixi) sicut v.g. calix nondum consecratus consecratur attacku sanguinis.

16.

Vel etiam quoad formam per invocationem apparitionem

Porro quòd nonnulli dicunt, Joannem tunc à Christo fuisse baptizatum, incertum est, & à multis Patribus negatur. Vide D. Hieronymum in cap. 3. Matth. Damaſc. & alios. Certè si hoc verum fuisset, discipuli Joannis nullam habuissent vel apparentem rationem querelae de Baptismo Christi.

Incertum an tunc Joannes fuit baptizatus

Igitur (ut finem imponamus huic conclusioni) conformius est Scripturae & rationi, Sacramentum Baptismi institutum esse paulò postquam Christus fuit baptizatus, ut quemadmodum tunc incipiebat prædicari lex nova, ita & inciperet janua ejus ac professio. Cumque per primum hominem mors introierit in universos, nisi per hanc januam universi intrent in Ecclesiam Christi, non possunt (inquit Veritas) in regnum caelorum introire.

Concluditur etiam effundit eorum esse scripturae & rationi conformem.

Hinc sequitur examinanda & declaranda ejus essentia; praesenti quidem sectione materia, tamquam pars praecipua & determinabilis; sequenti autem forma, ut posterius adveniens & determinans. Itaque

CONCLUSIO II.

Materia remota Baptismi est aqua vera & naturalis.

IN omni Sacramento, quod consistit in Iusu seu fieri, duplex reperitur materia; una proxima, altera remota, ut suis locis patebit. Materia (inquit Scotus 4. d. 3. q. 3. n. 2. agens de materia hujus Sacramenti) proprie accipiendo, sicut illud in quo est forma, vel, est totum illud, quod est ibi sensibile, in quo fundatur relatio signi, quod est formale in Baptismo: sed sicut in illo toto sensibili aliquid est primum.

17. Materia quoad materiam sacramentalem

scilicet



**Secl. I. De Institut. & Mat. Baptif. Concl. 2. 245**

principalis, ut ultimè determinans, & ideo dicitur forma: ita aliquid est minus principale vel determinabile, & illud dicitur materia: sed tale potest intelligi vel proximum ad significandum, vel remotum. Proximum est ipsa ablutio visibilis; de qua conclusione sequenti.

Proxima & remota.

Hæc in Baptismo est aqua;

Cujus ratio à priori est Christi institutio. *Matth. 3. v. 11.*

Aqua autem est materia remota, qua applicatur corpori in ista locutione. Et huius probatio (scilicet à priori) non est alia, nisi quia sic institutum est; ut patet Ioan. 3. Amen amen dico tibi (loquitur Christus Nicodemo) nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Et Matth. 3. Ego quidem (inquit Joan. Baptista) baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamentum portare: ipse vos baptizabit, non tantum in aqua, sed etiam in Spiritu sancto & igni, tribuens remissionem peccatorum per gratiam iustificantem, quam Spiritus Sanctus, qui ignis nomine appellatur, & in ignis specie visibiliter descendit super Apostolos, partitur singulis per Baptismum, ut causam instrumentalem, prout vult; & secundum propriam eujusque dispositionem & cooperationem.

Ut proinde stolidè ex illo loco Matth. qui adhuc alias patitur explicationes (ut videre est apud interpretes Sacræ Scripturæ) quidam hæretici, Jacobitæ dicuntur, materiam Baptismi doceant esse ignem, ferro candenti imprimentes signum crucis in frontibus aut genis baptizatorum.

Porro veritas Catholica, quam etiam nostri temporis A Catholicis non negant, definitur Primum in cap. Firmiter de summa Trinitate; quod est Concilij Lateranensis sub Innoc. III. ibi: *Sacramentum Baptismi (quod ad Dei invocationem, & individue Trinitatis, videlicet Patris, & Filij & Spiritus sancti, consecratur in aqua) tam parvulis, quam adultis &c.*

Concil. Florent. in decreto Unionis sub Eugenio IV. sic inquit: *Materia huius Sacramenti (Baptismi) est aqua vera & naturalis; nec refert frigida sit, an calida.*

Novissimè Concilium Trident. sess. 7. can. 2. de Baptismo: *Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi; atque ideo verba illa Domini nostri Iesu Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorsit, anathema sit.*

Etenim quod in Scripturis sanctis (ait D. August. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10.) perspicue sonat, non est ad aliud referendum, quasi figurate dictum sit. Quod autem magis perspicue sonat, quam quod Act. 8. v. 36. ait Eunuchus ad Philip-

pum: *Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?* Sequitur v. 38. *Et iussit stare curram, & descenderunt uterque in aquam; Philippus & Eunuchus, & baptizavit eum.*

Act. 8.

Eisdem perspicuitatis sunt verba Apostoli Petri, quæ referuntur Act. 10. v. 47. *Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?* Subditur v. sequenti: *Et iussit eos baptizari, utique in aqua, in nomine Domini Iesu Christi.*

Item 10.

Confirmantur hæc omnia ex perpetuo usu & traditione universalis Ecclesiæ, nec non constanti omnium sanctorum Patrum doctrina.

Et constantis Potum doctrina;

Congruentias assignat Doctor Subtilis supra, iniquens: *Quare autem sic sit institutum, sunt aperta congruentia: quia aqua est frigida, fluida, lucida, necessaria & communis. Et hæc omnes proprietates conveniunt illi humori, in quo debet fieri Baptismus, qui est ad reprimendum estum concupiscentiæ; ad siccandum vigorem inobedienciæ; ad illustrandum claritatem fidei; ad introducendum in viam salutis; & hoc est commune omnibus, sicut lex ista, cuius hoc Sacramentum est initiativum, commune est omnibus ad salutem.*

Quibus variis adiungit Scotus congruentias.

Hic non obstat factum cuiusdam Judæi, qui de vita periclitans, aquâ deficiente curavit se baptizari arenâ, & statim convaluit.

29. Objectio.

Respondeo enim; quidquid sit de veritate historiciæ (de qua tractat Baronius ad annum 181.) postmodum Ecclesiam desuper fuisse consultam, & à Dionysio Episcopo Alexandrino iudicatum, Judæum illum iteratò esse baptizandum, ut eadem refert historia. Deus itaque extraordinarium illud miraculum præstitit fortè in gratiam ardentis voti Baptismi.

29.

Responso.

Ex dictis inferitur, Primò perinde esse ad valorem Baptismi, aqua frigida sit, an calida; putei, fluminis, an maris; pluvialis, an resoluta ex nive, grandine, glaciæ; turbida, an clara; tincta etiam colore, & licet transferat per sulphureos meatus aut cineres: & generaliter valet Baptismus collatus in aliquo liquore, qui in communi sermone vocatur aqua; omnis quippe talis liquor est vera aqua naturalis & elementalis, sive usualis.

30.

Sufficit quilibet aqua, modo communitur reputeatur naturalis & usualis.

Inferitur Secundò, non valere Baptismum collatum in cervisia aut iusculo bene decoctis, sudore, lacte, urinâ, lachrymis, sputo seu salivâ, phlegmate, aquâ rosaceâ, aut ex alijs herbis distillata.

Ex quo multa inferuntur.

De quibus omnibus ita discurrens Doctor Subtilis supra à num. 3. Respondeo, quod aquæ illæ, quæ communitur dicuntur artificiales, sunt corpora quædam mixta, & non dicuntur

31.

Et ex Scoto ostenditur non esse vera materia.



aque nisi equivocè. Probat Primò: quia habent à tota specie aliquam qualitatem dissimilem aque elementari. Secundò: quia sunt per actionem ignis decoquentis & resolventis; ignis autem non videtur esse sufficiens in virtute activa ad corruptendum vel convertendum quæcumque mixta in aquam elementarem. Propter quod (inquit) universaliter concedi potest, quòd aqua illa, quæ dicuntur artificiales, non sunt conveniens materia Baptismi; quia non sunt in specie aque elementaris.

Pergit ad aquam impuram, de qua sic pronuntiat: Impuritas in aqua potest intelligi duobus modis, vel propter mixtionem secundum iuxta positionem; ut aqua lutosâ dicitur impura: vel propter mixtionem alterantem à specie; sicut humor mixtus dicitur non esse aqua pura. Et prima quidem impuritas non prohibet; dum tamen non excludit ab aqua, quæ sit conveniens ad lavandum vel abluendum: nec est alia ratio, nisi quia sic institutum est. Unde aqua imbibita farina, in pasta vel in spongia, dum ibi est, vel imbibita in sasso luto, & sic de alijs, si contingant carnem, non sunt conveniens materia Baptismi tales aquæ; quia talis contactus non est lotio.

In secundo modo, dico quòd aliqua impuritas potest esse manente aqua intra speciem: sicut forte si incipiat in sissari tendendo ad generationem elementi grossioris. Ista non prohibet, dum tamen sit fluida; quòd pro tanto dico, quia in glacie, nive & grandine, quæ tamen sunt imperfecta, vel in via ad mixtionem, dum talia sunt, non potest in eis fieri Baptismus; quia ibi non est lotio, sicut nec in duro.

Ubi bene addit: dum talia sunt; quia certò sunt materia conveniens dum resolvuntur, si tamen resolutio fiat in manu baptizantis, sic ut stillæ dimittantur in corpus baptizandi; alioquin enim ipse non applicat materiam abluioni aptam, sive verè non abluat, sed baptizandus potius se ipsum. Veluti si Petrus imponat capiti Joannis hydriam aut spongiam plenam aquâ, non ille censetur hunc propriè abluere; sed Joannes se ipsum, si hydriam frangat, aut aquam spongiæ imbibitam exprimat.

Prosequitur Scotus: Si autem per illam alterationem iam sit extra speciem aquæ, omnimò non est materia Baptismi; & de quibusdam alterationibus satis patet, quia constituunt alterationem extra speciem aquæ, puta de humoribus naturaliter resolutis per digestionem, ut saliva, urina & huiusmodi, iuxta illud extra de Baptismo & eius effectu, cap. Non ut apponeres, ibi: Possulasti, utrum parvuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos, propter aquæ penuriam & absentiam Sacerdotis, aliquorum simplicitas in capite & pectus,

ac inter scapulas pro Baptismo salivæ confusione lavit. Respondemus, quòd cum in Baptismo duo semper, videlicet verbum & elementum, necessario requirantur &c. dubitare non debes, illos verum non habere Baptismum, in quibus non solum utrumque prædictorum, sed eorum alterum est omnimò. Ita Innoc. III. Episcopo Moroniensi.

De alijs autem non est ita manifestum, puta de decoctionibus & admixtionibus secundum sensum in quibus non apparet evidenter, quòd sit alterata species, ut patet de brodo carnis & farina, & huiusmodi, & cervisia, & medone: non enim manijesum est, quòd sit ibi aliquod activum corrumpens speciem aquæ. Tamen hoc discutere non pertinet ad Theologum determinantem materiam Baptismi, in quantum haberi potest ex canone Biblicæ: neque ad Canonisam determinantem conditiones materie, prout determinatur ab ordinatione Ecclesiæ: sed pertinet ad Philosophum naturalem, cuius est inquirere, quæ alteratio transferat aquam à specie sua, & quæ non.

Ad ministrum autem spectat non uti extra necessitatem nisi materiâ certâ, ut vidimus disp. præced. sect. 7. conclus. 13. eâque præscriptâ ab Ecclesiâ.

Sed quæ ista? Aqua solemnîs Baptismi (inquit Rit. Rom. tit. de Sacramento Baptismi §. de Materia) sit eo anno benedicta in Sabbato sancto Paschatis, vel Sabbato Pentecostes, quæ in fonte mundo nitida & pura diligenter conservetur.

Concordat Clementina unica de Baptismo: Prasenti (ait Pontifex) prohibemus edicere, ne quis de cætero in aula vel cameris, aut alijs privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesijs, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos (nisi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc casu deservi, liberi extiterint, aut talis necessitas emerferit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi) audeat baptizare.

Et ut ostendat gravitatem præcepti, penam adjungit his verbis: Qui autem secus præsumpserit, aut suam in hoc presentiam adhibuerit, raltre per Episcopum castigetur, quòd atq; attentare similia non presumant. Equidem hæc poena videtur afficere eos tantum, qui baptizant solemniter in domibus privatis, secus qui in Ecclesia cum aqua non benedicta; nam hoc postremum ibi specialiter non prohibetur, ut patet ex verbis.

Si ergo quaritur, an Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta peccet mortaliter? Negant quidam apud Dianam parte 9. Traçt. 6. resol. 33. quia (inquunt) aqua non benedicta baptizare, quid leve debet existimari, cum benedictio nec ad essentiam,

Primò aqua artificialis.

Secundò impura si sit alterius speciei per mixtionem reddita.

Aut inepta ad abluendum.

Unde glacies, nix, grandis non sunt materia.

Nisi resolvantur in manu baptizantis.

Non sufficit, quòd in capite baptizandi resolutio fiat.

32. Ofsendit Scotus alios quos humores certò esse alterius speciei ab aqua naturali.

Innoc. III.

Aliter dicitur.

Hoc dicitur de re gentes ad philosophum.

Ad ministrum non uti extra necessitatem nisi materiâ certâ.

33. Rit. Rom. Et non nisi præscriptâ ab Ecclesiâ.

Clem. unica de Baptismo.

Idque sub gravi obli-gatione.

Si sint forlemnter in domibus privatis.

Dicitur. Quòd si in Ecclesiâ inter aquam non benedictam.



Quidam aegrot esse morale: essentiam, nec ad integritatem Sacramenti, nec ad justificationem, intentionemve baptizandi, nec ad essentialem Baptismi solemnitatem, nec ad gravis mysterij significationem pertineat. Nec levissimum suborietur scandalum, si aqua non benedicta fiat Baptismus: sicuti oriretur, si alij exteriores ritus, insufflationes, unctioes, & similia deessent in solemnibus Baptismo, vel sine stola aut suppelliceo fieret: ergo &c.

Alij communis affirmant. Nihilominus contraria sententia est communior, quam ibidem tenet Diana, dicens: Nec talis benedictio levis materia censenda est, ut de se patet. Primo, quia versatur circa materiam ipsius Sacramenti.

Diana. Secundo, quia habetur in manuali specialis benedictio. Tertio, quia talis benedictio non efficitur nisi Sabbato Pasche & Pentecostes. Quarto, quia in ipsa benedictione adhibetur trina infusio sacri Christomatis in modum crucis; quae omnia satis demonstrant talem benedictionem rem leviem non esse. Hac Ille.

35. Quae confirmantur ex summa sollicitudine Ecclesiae, ut nunquam sine aqua benedicta Baptismus solemniter administretur. Sic enim docet Rituale supra: Si aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest; in minori tamen quantitate. Si vero corrupta fuerit aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Patrochus in fontem bene mundatum ac nitidum recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, qua infra praescribitur. Sed si congelata sit, curetur ut liqueat, sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aqua naturalis non benedicta calefacere, & admiscere aquae baptismali in vasculo ad id parato, & ea tepescit ad baptizandum uti, ne noceat infanti.

Et confirmatur ex summa Ecclesiae sollicitudine. Notat etiam Diana supra hujus benedictionis mentionem fecisse D. Dionysium de Caestri Hierarchia cap. 2. parte 2. D. August. Homilia 27. & 50. & lib. 6. contra Julianum cap. 8. & D. Ambrosium lib. 1. de Sacramentis cap. 5. Unde Lessius in 3. parte quaest. 71. num. 6. ex D. Basilio lib. de Spiritu sancto cap. 2. dicit, Consecrationem aquae esse traditionem Apostolorum. Ita Diana.

Utrumque nihilominus problematice defenditur. Caterum quia multiplicatio peccatorum mortalium odiosa est, elige quod placeat. Profecto in Baptismo non solemniter, esto alioquin propter majorem reverentiam Sacramenti etiam aqua benedicta foret adhibenda, si talis commodè possit haberi; tamen non videtur magnus scrupulus faciendus, ait Praepositus quaest. 71. art. 4.

Præpositus. dub. 1. n. 5. Paret ex verbis Ritualis, in quibus non fit mentio nisi Baptismi solemnitis. Sed revertamur ad principale propositum, contra quod objicit sibi Scotus, Primo: Aqua artificialis habet eadem accidentia cum aqua naturali, scilicet humiditatem, frigiditatem, perspicuitatem & huiusmodi, sed ex accidentibus cognoscitur substantia; ergo &c.

Respondet n. 6. Etsi habebat aliqua accidentia similia, tamen aliquod, vel aliqua distinctio substantiae habet à tota specie, ex quibus sequitur distinctio substantiae.

Objicit Secundò: Mixtum est grossius aqua elementari; aqua autem artificialis est subtilior, vel saltem non grossior; ergo non est aliud mixtum; ergo &c.

Respondet: Etsi aliqua aqua artificialis videatur subtilior quam elementaris, quia magis penetrativa; ista tamen subtilitas non est subtilitas simplicitatis, sed virtutis activa; & hoc modo vinum est subtile, vel subtilius aqua: subtilitas autem conveniens aquae elementari est subtilitas simplicitatis, eo modo, quo elementum est simplicius mixto.

Objicit Tertio: Miscibilia possunt separari à mixto; ergo aliquis potest adhibere activum passivo ad faciendum talem separationem; ergo &c. Respondet: Possibile esset Angelum bonum vel malum adhibere aliqua activa mixto ut passivo, per qua resolveretur ab eo aqua elementaris... sed dico, quod nulla ars potest adhibere idem activum, puta ignem, quantumcumque diversis mixtis & passivis, ita quod per illud agens fiat immediate resolutio in aquam, scilicet elementarem, quia illud idem agens non potest habere virtutem ut sit sine formis intermedijs mutandi; neque etiam ita taliter diversa in eundem terminum corrumpendi.

Objicit ultimo: Sacramentum Baptismi designatum fuit per aquam, quae fluxit ex latere Christi, sed illa fuit phlegma, quia tunc in corpore non erat aqua elementaris; ergo &c. Majorem docet Innoc. III. extra de Celebr. Missarum cap. In quadam in fine: In quibus (inquit) duobus, sanguine scilicet & aqua, duo maxima Sacramenta, redemptionis videlicet & regenerationis, elucens.

Respondet cum Scoto supra num. 7. ex eodem cap. ibi: Caterum sicut fuit verus spiritus & verus sanguis, ita proculdubio vera aqua, cum Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena. Nam si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere salvatoris exiit, ille qui vidit & testimonium veritati perhibuit, profecto non aquam, sed phlegma dixisset. Dixit autem aquam Joan. 19. v. 34. Sed unus militum lancea latius eius aperuit, &

36. Contra principalem questionem objicit sibi Scotus primo. Et objectioni occurrit.

Objicit secundò.

Et objectionem solvit.

Obiectio tertia.

Illique factis.

37. Obiectio ultima.

Innoc. III.

Cui respondetur ex Scoto sup.

continuo



continuo exiit sanguis & aqua. Probat etiam Innoc. à posteriori (verba Scoti sunt) per materiam Sacramenti Baptismi: nec in hoc (inquit) verum regenerationis Sacramentum fuisse ostensum: cum per Sacramentum Baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Probat etiam per aquam miscendam in Sacramento Eucharistia. Probat etiam quarto per figuram, qua praecessit super hoc in veteri Testamento, quando Moyses percussit silecem, & ex ea non phlegma, sed aqua manavit.

Ad probationem respondet ibi, quod vel illa aqua fuit ibi de novo creata miraculose, vel de componentibus resoluta. Concludit Doctor: Sed qualitercumque dicatur de aqua lateris Christi, qua fluxit, sic ut sibi placuit; non propter hoc ibi Sacramenta susceperunt efficaciam.... Sed propter quamdam perfectiorem similitudinem ad Baptismum & Eucharistiam. Certum est tamen, quod Baptismus non potest fieri nisi in aqua usuali, quia Christus hoc instituit.

38. Sal resolutum probabiliter est materia sufficiens. Diana, Henriquez.

Pro fine conclusionis petes, an sal resolutum sit materia conveniens Baptismi? Affirmative respondet (& merito, inquit Diana parte 3. tract. 4. resolut. 5.) Henriquez lib. 2. cap. 6. n. 1. qui in glossa littera F. testatur de communi. Ratio est: quia sal efficitur ex aqua salsa, ut experimento constat, & docet Aristoteles 2. Metho. cap. 3. Eandem sententiam docet Antonius Fernandez in exam. Theolog. mor. parte 3. cap. 2. §. 4. n. 5. ubi ita asserit: Idem de sale atque nive geluque dicendum arbitror; est enim aqua maris essentialiter gelata aëtherio sole, sive per solem condensata; ergo videtur in pristinum statum resolvi.

Anton, Fernandez.

Probabiliter ostenditur oppositum. Regius.

Aliunde tamen pro contraria opinione (quam tenet Regius hinc quaest. 66. art. 4. dub. 1. n. 22.) sicuti vi caloris furni ex massa farinae panis, ex aqua & hordeo cervisia, ex terra speciali succo mixta saccharum gignitur tanquam corpus mixtum: sic forte vi caloris solis ex aqua salsa exurgit corpus mixtum distinctum; quod proinde resolvitur non in aquam, sed in humorem specie distinctum. Saltem non est aqua usualis, aut moraliter loquendo; quod videtur requiri. Sed & hoc negari posset, dicendo esse aquam usuaalem, non minus, quam aquam mixtam luto. It. que ut minimum est materia dubia; adeoque usurpanda tempore necessitatis.

39. Idem dicendum de humore e ligno fluente cum igni imponitur.

Idem videtur dicendum de humore e ligno fluente, quando igni imponitur; videtur quippe ex una parte, quod sit aqua naturalis propter humiditatem, frigiditatem, perspicuitatem & similes qualitates, in quibus assimilatur aquae elementari. Ex

altera autem parte probabiliter dici posset, esse substantialiter succum quodammodo coctum, contentum in fibris ligni, & alimentum ejusdem (aut simile quid sudori corporis humani) vitaliter per radicem attractum.

Certius porro est, sudorem marmoris aut parietum tempore pluvioso esse veram aquam. Similiter liquorem, qui colligitur ex vaporibus densatis, cum ex olla ore evaporantur, & in testaceo tegumento reperiuntur: siquidem vapores essentialiter aqua sunt; aqua vero e parietibus manans, aqua est ex aere humido in aquam versio. Ita Antonius Fernandez apud Dianam supra.

Ceterum aliqui apud Regium supra num. 23. & Dianam p. 5. tract. 3. resol. 2. etiam liquores ex herbis & plantis expressos (quos n. 30. cum communiore sententia diximus non esse materiam convenientem Baptismi) annumerant materijs dubijs: qui proinde, sicuti & omnes caeteri liquores, etiam negativè sive merè dubijs; quia videlicet non potest utrimque ex illa ratione quidpiam determinatè cum probabilitate statui; & equidem incertum est, an sint aqua, quia potest fieri quod sint, etsi non possit hinc & nunc defectu luminis, gustus &c. discerni: omnes illi (inquam) liquores possunt & debent in necessitate adhiberi, ut succurratur proximo per remedium dubium in defectu certi. Vide quae diximus Disputatione praeced. Sect. 7. Conclusionem 12. in fine. Et idem omnino sit iudicium in dubio materiae proxima, de qua instituo sequentem conclusionem, quae talis est:

Liquores ex herbis & plantis expressi sunt materiae dubiae.

Adeoque in necessitate adhibentur.

### CONCLUSIO III.

Materia proxima Baptismi est ablutio tum activa, tum passiva.

Ablutio à Scoto 4. dist. 3. quaest. 3. num. 4. dicitur: *Contractus aquae fluidae liberae coniungentis se cuti, vel separantis inter cutem & aliud corpus. Aliter definitur: Motio aquae liquidae circa corpus, quae per se ordinatur ad fordes abluendas. Dico per se ordinatur; quippe (ut bene advertit Doctor supra num. 2.) Non oportet quod sit ibi ablutio prout distinguitur contra lotionem, & includit amotionem sordium à corpore per contactum aquae: sed sufficit lotio in communi dicta, corporis ab aqua, alio hanc agente; quod nihil aliud*

40. Ablutio proxima Baptismi materiae dubiae definitur. Scoto.



**Secl. 1. De Institut. & Mat. Baptif. Concl. 3. 249**

*aliud est, nisi quod oportet ipsum contactum corporis ab aqua fieri, ab alio causante contactum ipsum. Ut proinde ablutio activa sit ille contactus prout egreditur ab alio agente; passiva verò quatenus recipitur in corpore, quod abluitur: porro depositio fordium potius est effectus accidentalis lotionis. Quo supposito*

ni totius Ecclesie praxi, superedificata verbis Christi Matthæi ultimo, versu 19.  *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c.*

Ex his festinè cognoscitur, quare in conclusione expresserim ablutionem activam & passivam: certum quippe est, utramque reperiri in ministerio baptismali, cum actio essentialiter respiciat passionem, imo fortè realiter sint idem. Constat quoque (ut jam ostendimus) verba formæ utramque significare & determinare; ergo nulla est ratio, quare potius una dicatur materia proxima Baptismi, quàm altera.

Quod tamen non ita velim intelligas, quasi exigatur aliqua realis passio in corpore baptizati, præter contactum successivum physicum aquæ; sed quòd sine illo contractu ratio Sacramenti non subsistat, & ille solus sufficiat. Unde etsi nulla sequeretur frigiditas vel humectatio in corpore, aut nulla ablutio fordium, nihilominus Sacramentum foret validum; hæc enim (ut patet ex dictis) per accidens se habent ad ablutionem.

Si petas, quid contactus ille sit? Respondeo, denominationem extrinsecam, seu relationem quamdam ex tali propinquitate corporum resultantem; vel, si malis, ipsa corpora taliter sibi mutuò approximata.

Porro quòd debeat esse contactus successivus, ostendit communis modus concipiendi ablutionem; aqua siquidem immota existens in vase, non dicitur illud abluere propter solum contactum; & ita pars aquæ, quæ adhæret corpori ablutione stantia, quamvis illud contingat, non tamen proprie abluit; intellige effectivè, qualis ablutio requiritur ad Sacramentum, ut rectè notavit Doctor Subtilis supra num. 2. ibi: *Et intelligitur ablutio hic, non tantum sicut aqua dicitur lavare corpus quasi formaliter; sed sicut homo dicitur lavare corpus cum aqua quasi proprie abluere: nam solus contactus corporis ab aqua immota, veluti cum quis in balneo quiescit aqua undique circumfusus, quæ est quasi ablutio formalis, non est instituta tanquam signum vel pars signi, sed ipsa lotio effectivè facta ab aliquo abluente.* Ergo ablutio sacramentalis non consistit ex mente Scoti in quolibet contractu; sed oportet, ut sit in fieri: & ideo necesse est, ut successivè fiat, saltem physicè & naturaliter loquendo; quia per motum localem fit.

Dico *naturaliter loquendo*, inquit Suarez hic disput. 20. sect. 2. quia fingi potest, quòd

I i quòd

41. Eiusque communis probatio ex Scoto,

Magist. Unde Magister 4. distinctione 3. sententiam illam Divi Augustini (quæ refertur cap. *Detrahe* mox allegato) ex Tractatu 80. in Joannem: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*; explicat his verbis: *Non utique ipsum elementum fit Sacramentum, sed ablutio facta in elemento.* Et Doctor Angelicus 3. parte quæst. 66. articulo 1. ad 3. (inquit) *dicendum, quòd accedente verbo ad elementum, fit Sacramentum; non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per usum ablutionis; ac si diceret, in ipsa ablutione.*

Magist. Unde Magister 4. distinctione 3. sententiam illam Divi Augustini (quæ refertur cap. *Detrahe* mox allegato) ex Tractatu 80. in Joannem: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*; explicat his verbis: *Non utique ipsum elementum fit Sacramentum, sed ablutio facta in elemento.* Et Doctor Angelicus 3. parte quæst. 66. articulo 1. ad 3. (inquit) *dicendum, quòd accedente verbo ad elementum, fit Sacramentum; non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per usum ablutionis; ac si diceret, in ipsa ablutione.*

S. Thom. Et ex ipsa Baptismi forma.

Et ex ipsa Baptismi forma.

Probat autem ex ipsa forma, inquit: *Et hoc etiam signat verbum, quòd accedit ad elementum, cum dicitur: Ego te baptizo &c.* Quibus verbis non tantum exprimitur ablutio activa, sed etiam passiva: prima quidem per *ly baptizo*, quòd significat actionem ministri; secunda verò per *ly te*, quòd significat suscipientem ablutionem; nisi enim aqua contingat baptizandum, falsò dicitur: *Ego te baptizo, sive, lavo.*

Igitur forma Baptismi proximè significat, adeoque determinat applicationem aquæ ad subiectum, sive ablutionem corporis baptizandi; cum qua tanquam proximo determinabili significat ablutionem animæ à peccato, quæ est effectus Baptismi, quamque nullo modo significat sola aqua. Etenim licet aqua possit abluere fordes, tamen non abluit, nec proximè nata est abluere, nisi applicetur subiecto. Sanè hoc Sacramentum non est quid permanens, sed consistit in usu, non alio quàm lotionè, ex commu-

42. Ablutio est duplex, activa & passiva.

Ad hanc sufficit contactus successivus physicus aquæ in corpore baptizandi.

Ille contactus est quedam denominatione extrinseca seu relatio.

43. Quòd debeat esse successivus, probatur.

Scotus.

Suarez.



quod ille contactus fiat in uno instanti terminante motum localem aquæ ad corpus; ita ut in eodem instanti plures partes aquæ perveniant ad contingendas plures partes corporis, & tunc ille contactus sine dubio sufficeret ab ablutionem; & ad hoc, ut in eodem instanti perficeretur Sacramentum. Sed huiusmodi casus non sunt morales, & ideo absolute dici potest, requiri contactum successivum, prout naturaliter fieri potest.

44. Ablutionem consistere in actione ex Scoto colligit Suarez,

Ex verbis Scoti mox allegatis colligit Suarez supra, Doctorem sentire, ablutionem potius consistere in actione, quam in passione seu receptione aquæ in corpore hominis baptizati; quia Sacramentum (inquit) est actio sacra ipsius ministri; ergo & Baptismus ex parte materiæ proximæ erit lotio, ut facta à ministro.

Vasquez in Passione;

E contrario verò Vasquez hinc disput. 141. cap. 2. citat Doctorem nostrum pro sententia, quæ docet Baptismum potius esse ablutionem, quatenus est passio & motus receptus in eo, qui ablutur; siquidem in ipso recipitur Sacramentum, & Sacramentum est ceremoniæ, quæ quis justificatur, ac proinde quatenus in ipso recipitur, & est passio.

Ex Scoto 4. d. 6 q. 2. num. 4.

Allegat autem verba quæ habet Scotus 4. dist. 6. quæst. 2. num. 4. ibi: *Et ex isto videtur sequi corollarium, quod Sacramentum Baptismi magis est baptizatio passiva quam activa; quia plurificata baptizatio est activa, non plurificatur passiva, nec Baptismus, quia passiva est una. Istud autem illatum videtur probabile, quia baptizatus proprie suscipit Sacramentum: suscipit autem proprie ablutionem passivam, & non activam, nisi dicatur idem realiter.*

Ad locum verò superius productum pro ablutione activa respondet Vasquez num. 13. solum ibi asserere Doctorem, lotionem formalem, quam ipse vocat, absque ullo motu aquæ non esse materiam propinquam; sed ablutionem effectivè factam per motum ipsius aquæ circa corpus hominis. Utrum verò hæc ablutio quatenus actio, an autem quatenus passio tantum, vel utroque modo sit materia propinqua, ibi non definit. Hæc ille.

Sed ibidem nihil definit.

Sed neque aliquid definit circa baptismationem passivam loco à Vasquesio allegato, ut infra ostendam, ubi de ministro huius Sacramenti. Et ideo melius dicitur materiam proximam Baptismi consistere in ablutione tum activa, tum passiva; neque enim poni potest actio illa, sive ceremoniæ sacra Baptismi, separatim ab illa passione sive receptione actionis in subje-

cto; neque passio sine actione. Utraque igitur ingreditur conceptum essentiali ablutionis sacramentalis. An autem magis passio, quam actio, vel è converso; an verò utraque æqualiter, sentio cum Suariorum supra ad rem theologiam, quæ rationem esse parvi momenti & utilitatis.

Pergamus itaque ad ea, quæ sunt majoris momenti & utilitatis. Et primò quæro, an sufficiat aquæ guttula, & qualibet minima corporis pars? Asserit Vasquez hinc disput. 145. cap. 4. & non improbabiler, saltem speculativè; adeoque practicè in necessitate. Et quidem pro posteriori parte plurimos citat Auctores, & inter ceteros Doctorem Subtilem 4. dist. 4. quæst. 3. n. 3. sed pèperam, ut statim videbimus: pro prima autem solum Innoc. & Panor. in cap. *Debitum* de Baptismo, ac Summam Rosellam V. Baptismus num. 1.

Quia tamen hæc controversia pendet à communi hominum æstimatione (quippe talis pars debet ablut, & cum tanta quantitate aquæ, ut homo simpliciter censetur ablutus) & quia in hoc Sacramento propter ejus necessitatem tutior pars videtur eligenda; hinc cum majori & saniori parte DD. Respondeo & dico:

## CONCLUSIO IV.

Ad validum Baptismum requiritur ablutio notabilis tam quoad partem corporis, quam quantitatem aquæ.

Rationem statim insinuavi; quia videlicet major pars Doctorum, in dicitur & aliorum hominum, non existimant quempiam simpliciter ablutum, aspersum, vel madefactum seu tinctum aqua, si dumtaxat abluatur, aspergatur &c. in minima parte, vel cum modicissima aqua.

Quod magis indubitatum est de ablutione vestium, vel ipsius matris pro puero in utero existentem. De qua loquitur Scotus 4. dist. 4. quæst. 3. num. 3. in hæc verba: *Ad questionem dico, quod vel puer secundum omnes partes est in utero matris: vel secundum aliquam partem apparet extra uterum. Si primo modo, dico quod non potest baptizari: non propter rationem prorem, quia conjunctus est causa corruptionis, sed quia Baptismus*

Refertur quod in activa corpore sine dubio sita sita.

45.

Sufficiat ablutionem aquæ guttula, & quælibet minima corporis pars, Vasquez.

Contrarium tenent, quæm tutius eligatur & copulatur.

46.

Ex majori parte DD. communiter hominum existimant.



**Item men-**  
**te Scoti**  
Baptismus est lotio vel ablutio in aqua: sed parvulus sic in utero non potest lavari, quia nec sic immediate tangi ab aqua.

Intellige, communiter; nam medici quidam existimant (verè an falsò, hìc non disputo) per metrenchyten aquam calidam usque ad infantem vel secundinas, si isdem adhuc sit involutus, immitti posse.

Ex hoc sequitur (inquit Doctor) corollarium, quòd si parvulus corio involveretur, & illud poneretur in aqua, ita quòd aqua non tangeret corpus, non esset baptizatus, sed si tangeretur aqua, bene. Hucusque Scotus de puero, qui secundum omnes partes est in utero matris.

Sed quid de illo, qui secundum aliquam partem apparet extra uterum? Si secundo (inquit) modo sic: aut apparet pars principalis ut caput, humeri, pectus, &c. & tunc potest baptizari in illa parte; & in hoc etiam simpliciter baptizari: non est enim verosimile, quòd in die Pentecostes, quando baptizari sunt tria millia, Actor. 2. quòd quislibet quantum ad totum corpus suum lavaretur aqua, sed precisè quantum ad faciem aspergendo, vel quantum ad caput persundendo. Et in isto casu, si post puer nasceretur, non oporteret ipsum baptizare. Si autem apparet pars minus principalis, scilicet manus vel pes, illa est baptizanda: quia ibi est tota anima, licet non omnis sensus, sicut in capite. Et si hoc minus sufficeret ad hoc, ut esset simpliciter baptizatus; si nasceretur postea vivus, esset sub conditione baptizandus, ut docetur extra de Baptismo & eius effectu, cap. de Quibus. Credendum enim est, quòd Deus suppleret illud, quòd impotentia impediret: talis enim est mortuus nascitur, sepeliendus est in terra benedicta, ratione dicta.

Quæ certè verba vel parvum, vel potius nullum omninò fundamentum præbere poterant Vasq. allegandi Doctorem pro sua opinione: longè quippe diversa sunt, manum vel pedem esse baptizandum, idque in necessitate, quòd tantummodò docet Scotus; & quamlibet minimam partem simpliciter sufficere, etiam capillos, unguis, imò & secundinam, id est pellem, cui infans involutus nascitur; non quia sunt partes hominis viventis eadem vitâ (quæ tamen est ratio congruentiæ, quam Scotus adducit pro Baptismo partis minus principalis) sed quia censentur partes hominis, aut quasi partes.

Sententiam Scoti eisdem verbis sequitur Gabriël 4. dist. 4. quæst. 2. art. 3. dub. 2. post medium; quem proinde etiam immeritò citat Vasq. pro se; sicut & D. Thom. qui parte 3. quæst. 68. art. 11. ad 4. ita ait: Ad 4. dicendum, quòd expectanda est totalis egressio pueri ex utero ad Baptismum, nisi

mors immincat. Si tamen primò caput egredietur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizari periculo imminente, & non est postea rebaptizandus, si eum perfecte nasci contigerit. Et videtur idem faciendum, quæcumque alia pars egredietur, periculo imminente. Quia tamen in nullâ exterioriam partium integritas vitæ ita consistit sicut in capite (ergo loquitur de partibus, in quibus vita partialiter consistit, & non de alijs, quæ nullo modo vivunt) videtur quibusdam, quòd propter dubium quæcumque alia parte corporis abluta, puer post perfectam natiuitatem sit baptizandus sub hac forma: si non es baptizatus, ego te baptizo. Ecce doctrina Angelica, per omnia consonans doctrinæ Subtili.

Quamobrem rationem Scoti: quia ibi est tota anima, malè interpretatur & rejicit Vasq. supra n. 30. quia anima (inquit) quæ contraxit peccatum originis, est in quavis parte hominis, licet ibi non vigeant omnes ejus operationes. Et addit: Quæ quidem ratio parum momenti habere videtur. Nam ut videamus, an sit verum Sacramentum in hac aut illa parte, non tam debemus attendere ad subjectum, cui Baptismus adhibetur, cum planum sit in quavis parte esse animam (cur ergo negat n. 31. in capillis esse animam, quos tamen ibidem asserit esse partes hominis?) sed ad ipsam abluionem, utrum in quavis parte sufficiens censetur pro Baptismo, an non.

Respondeo, Doctores Angelicum & Subtilem meliùs attendisse ad abluionem, quàm Vasquesium; quippe non dicunt, animam esse in capite & alijs partibus minus principalibus, quasi anima infecta peccato originali sit subjectum abluionis aut baptismatis: quis enim credat tantos Theologos, tam pueriliter fuisse locutos? Cuilibet namque notissimum est, corpus solum exterius abluì aquâ naturali, animam autem interius aquâ spirituali five gratia Spiritus sancti, quæ est effectus Baptismi. Sed ideo sic locuti sunt, ut distinguant partem principalem, in qua videlicet magis videntur sensus animæ & functio vitæ, & sine quâ vita in homine nequit consistere, à parte minus principali, quæ quidem informatur animâ, licet ibi non sit omnis sensus, id est, licet in ea non vigeat omnis operatio sensus & functio vitæ, & sine ipsâ vita possit consistere.

Quæ differentia fundamentum est, quare ablutio capitis certò sufficiat, utpote vera ablutio hominis; non autem ablutio partis minus principalis; quamvis & hæc in necessitate abluì possit & debeat, quia vera pars integralis corporis;

Quibus  
conformis  
est D. Tho-  
mas.

Malè inter-  
pretatur  
Vasquez ra-  
tionem sco-  
ti & D. Tho-  
ma.

48.  
Quia illi  
Doctores  
non volue-  
runt dicere,  
animam  
esse ablu-  
tionis sub-  
jectum.

Sed distin-  
gunt par-  
tem magis  
principa-  
lem à mi-  
nus princi-  
pali.

Hinc ablu-  
tio illius  
sufficit.

Quem Vas-  
quez malè  
pro sua opi-  
nionè alle-  
gat.

47.  
Sicuti &  
Gabriëlem,  
qui sequitur  
Scotum.

D. Thom.



poris; & probabile saltem est, aut saltem dubium, hominem censerì verè ablutum solà illà parte madefactà. Secùs dicendum videtur de qualibet minima parte, capillis, unguibus &c. Etenim sicuti non sunt nec appellantur partes hominis, sed solùm partes partium, aut quasi partes; ita etiam illis ablutis vel madefactis, aut aspersis vel tinctis, non censetur simpliciter homo ablutus, madefactus &c.

Non hujus.

49.

Contrarium sustinet Vasq. estque fundamentum suæ opinionis. Et probat: quia vulnus inflictum in minimà parte sufficit, ut ab eo homo dicatur vulneratus. Respondet: absolute & secundùm rigorem sermonis, nego; abusive & improprie concedo. Verùm ab hoc genere locutionis non debet regulari sermo, neque etiam veritas materiæ & formæ Sacramenti, sed à proprietate, & secundùm usum receptum & approbatum sapientum. Quis autem sapiens nominet hominem vulneratum, qui aliculà pupugit digitum suum? Certè omnes audientes taliter loquentem, subriderent hujusmodi imaginationem.

Respondetur ad fundamentum Vasquesij.

50.

Ex quo colligitur nequidem sufficere minimam quantitatem aquæ.

Ex quo etiam patet, non sufficere minimam quantitatem aquæ, cum ab illa homo moraliter, hoc est, secundùm prudentem æstimationem non rectè dicatur ablutus, tinctus &c. in moralibus quippe quod parum est, pro nihilo reputatur. Porro Christus pro materia hujus Sacramenti instituit non quancumque physicam ablutioem, sed talem & tantam propinquitatem aquæ ad corpus, quæ in omni sermone meretur appellari lotio hominis. Sicuti si Deus institueret pro subjecto Baptismi hominem album, non sufficeret qualibet albedo, sed talis & tanta, sive talis intensio & extensio, à qua homo absolute, proprie & in communi sermone denominaretur albus.

51. His se opponit Vasquez.

Respondet Vasq. disparitatem esse, quòd accidentia, quæ toti rei secundùm omnes ejus aut præcipuas partes inesse solent, non denominant simpliciter totum, nisi aut omnibus partibus insint, aut præcipuis, qualis est albedo aut nigredo: tamen ea, quæ extrinsecus adhibita omnibus partibus, vel aliquibus aut alicui tantùm, etiam non præcipuæ, convenire solent, totum simpliciter denominant, etiamsi omnibus partibus non insint: hujusmodi sunt vulneratio & ablutio.

Et alij.

Quod alij alijs verbis explicant: Ad hoc (inquiunt) ut subjectum simpliciter dicatur album, requiritur albedo interfa in parte majori, eò quòd à majori parte sumatur denominatio, quando hæc defu-

mitur à forma, quæ quatenus non inest subjecto, inest ei forma repugnans, v. g. nigredo, viredo &c. secus est, quando denominatio defumitur ab aliqua actione, quæ circa aliquod subjectum exercetur, ut quando aliquis dicitur verberari, maculari &c. Idem ergo est in presenti; nam certè sufficit ablutio capitis, quæ tamen juxta exemplum objectum non sufficeret, cum non sit major pars. Et dicitur Sacerdos lavare manus sub Missa, etsi tantùm minorem partem earum, scilicet quatuor digitos lavet.

Sed ut ab ultimo incipiamus; non dicitur simpliciter: Sacerdos lavat manus; verùm (ut verbis Rubricarum generalium Tit. Ritus servandus &c. c. 7. de Offertorio) *Ministro aquam fundente lavat manus, id est, extremitates digitorum pollicis & indicis*; ne forte, si diceretur simpliciter: *lavat manus*, principalior partem manuum lavandam Sacerdos intellexeret.

Dico principalior partem; hæc quippe in compositis heterogenijs censetur major in ordine ad denominationem totius ab aliquo actu, qui circa compositum illud exercetur; quidni etiam à forma intrinseca? Cur enim nequeat homo dici albus, cujus caput album est, licet aliæ partes nigre forent? Aliud est de composito homogenijs, vel quod constat ex partibus heterogenijs æque principalibus; v. g. pariete; tunc siquidem non à principaliori, cum omnes sint æque principales, ut supponitur; sed à majori extensivè parte sumitur denominatio: maximè, quando forma denominans coextenditur ipsi subjecto.

Porro differentia inter formam intrinsecam & extrinsecam asseritur à Vasquesio & alijs; sed non sufficienter probatur; & ideo pari facilitate negatur; quia (inquit Hiquæus in suo Commentario ad locum Scoti supra citatum num. 17.) denominatio sumitur ab effectu formæ, & ita se habet ad totum, sicut principium denominans ad totum; illa autem pars nata est solùm denominare totum absolute, quæ concurrat seipsa ad ejus constitutionem, & non remotè, neque mediatè & secundùm quid; ut quia est pars partis saltem heterogenijs, vel hujus etiam pars. Ergo quemadmodùm illæ partes remotæ & mediatæ non denominant hominem integraliter completum, aut carentia earum simpliciter incompletum, ita nec vulneratio earum aut ablutio vulneratum simpliciter vel ablutum; cum tamen forma Baptismi significet hominem simpliciter & absolute lavari.

Et certè



Et certe sicuti nigredo, viredo &c. (maneo in exemplo proposito) inest subiecto, quatenus eidem non inest albedo; ita continuitas partium, quæ est forma opposita vulneri, quod non est aliud, quam discontinuitas, inest eidem subiecto, quatenus vulnus non inest. Idem dici potest de ablutione sive madefactione, & non madefactione seu exsiccatione.

54. Cæterum cum hæc, quæ allata sunt pro nostra & communi doctrina, non omnino convincant, sed locum concedant alicui dubitationi, ita ut verè dixeris: potest fieri, quod sufficiat ablutio minimæ partis cum modicissima aqua (præsertim accedente auctoritate DD. id asserentium) arbitror omnino adhibendam talem ablutionem sub conditione in necessitate, etiam ab illis, qui moraliter certò iudicant eam non valere. Cum enim materia Baptismi pendeat à voluntate Christi, de qua ex Scripturis, Traditione aut Concilij in præfenti non evidentissimè constat, nulla committitur irreverentia, si ad evitandam æternam animæ damnationem, quæ fortassis evitabitur, quamvis ego id non credam; si (inquam) ablutio partem illam modicissimam cum minima quantitate aquæ sub forma verborum Baptismi, maxime sub conditione, interim cessante necessitate, rursum conditionatè cum certâ materiâ repetenda.

55. Quare optimè respondit Innoc. IV. parvulum in necessitate baptizandum, etiam in solo digito. Et Clemens VIII. Episcopo Patavino, Baptifinum datum in brachio iterandum esse propter maximam necessitatem illius Sacramenti. Idem fit iudicium de partibus solum ornantibus, v.g. capillis: nam & oves (inquit quidam recens Auctor) censentur lotæ, esto subinde ob densitatem lanæ aqua pellem non attingat. Sed quid mirum, quandoquidem oves ratione folius lanæ laventur? Secus videtur (prosequitur idem Auctor) si prominens capillorum cauda quasi à corpore separata intingeretur aqua.

Cur hoc, cum externa pars crinium sit etiam vera pars ornans? Si ergo omnis omnino pars sufficiat, meliùs & hæc dicitur sufficere. Quid enim refert, quod sit quasi separata, si verè est conjuncta? nam & secundæ solùm sunt quasi pars ipsius pueri, quæ tamen intingi debent; veluti etiam umbilicus, per quem infans fugit alimentum, si extaret, quamvis postmodum abscindatur.

56. Quid igitur? communis est & concors DD. sententia, extra necessitatem caput

esse abluendum. Ita statuitur in Rit. Rom. Titulo de Sacramento Baptifini §. de forma; ibi: *Baptifinus licet fieri possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem aut per asperersionem; primus tamen & secundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineantur, ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur vel immergatur.* In quibus verbis præscribitur & notabilis pars, imò præcipua; & similiter notabilis quantitas aquæ, juxta illud D. Augusti in Homilia 3. & habetur cap. 78. de consecr. dist. 4. *Postquam vos credere promissistis, tertio capita vestra in sacro fonte demersistis.* Quod si parvulus ita est infirmus; ut capitis ablutionem non ferat; abluendum est pectus vel humeri.

Porro imminente periculo mortis, si aliud membrum (inquit Ritale Rom. supra §. de baptizandis parvulis) emiserit, quod vitalem induit motum, in illo ... baptizetur, & tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus eo modo, quo supra dictum est. Si non es baptizatus, ego te baptizo &c. Si verò ita baptizatus deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri. Non quod talis infans validè baptizatus sit, si reverà extra necessitatem illa ablutio non sufficiat; sed quia credendum est (inquit Scotus supra) quod Deus suppleret illud, quod impotentia impediret, per se infundendo (ut aliqui piè credunt) gratiam justificantem. Saltem cum dubia sit ejus sanctificatio, non videtur præceptum Ecclesiæ in tali eventu obligare.

Huculque de prima parte conclusionis. Eadem autem est ratio de secunda: licet enim (ut vult Innoc. IV. in cap. Debitum de Baptifino) non sit præscripta & definita aliqua quantitas in aqua pro materia hujus Sacramenti, quemadmodum in verbis est præscripta forma certa; eo ipso tamen, quo præscribitur ablutio sive lotio, factis intelligitur necessaria illa quantitas aquæ, quæ requiritur ut homo simpliciter dicatur ablutus; qualis non est stilla aquæ in morali hominum estimatione, quæ maxime hinc attendenda est, ubi à Christo pro materiâ instituta est ablutio humana, sine ulla ulteriori determinatione. Ex quo etiam sequitur

CONCLUSIO V.

Perinde est ad valorem Sacramenti, an ablutio fiat per infusionem aquæ, aut per im-

Extra necessitatem est caput abluendum. Rit. Rom.

S. August.

Nisi ob infirmitatem parvuli aliter fieri debeat.

Rit. Rom.

Scotus.

57. Concluditur & ostenditur ultima pars conclusionis.

Idem est de secundis & umbilico dicendum.



immerfionem, aut per afperfionem: primus tamen vel fecundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineantur.

58. Sufficit ablutio immerfiva, infufiva & afperfiva, Rit. Roman. A quâ simpliciter homo denominatur ablutus,

Ut ostenditur exemplo Scripturæ Actor. 2.

Et convenientias

Ex qua concludit D. Thom. immerfionem non esse de necessitate Baptismi.

59. Contra quod obicitur. Roman. 6.

**I**Ta Rit. Rom. supra §. de forma Baptismi. Non est autem verifimile, Ecclesiam Catholicam & Apostolicam in ritu essentiali Sacramenti maxime necessarij errare. Ratio primæ partis est: quia quocumque ex his modis ablutio fiat, homo dicitur verè, simpliciter & in morali æstimatione ablutus. Confirmat Doctor Subtilis 4. dist. 4. quæst. 3. num. 3. exemplo Scripturæ Actor. 2. v. 41. Non (inquit) est verifimile, quod in die Pentecostes, quando baptizati sunt tria milia, quod quilibet quantum ad totum corpus suum lavaretur aquâ, sed præcisè quantum ad faciem aspergendo, vel quantum ad caput perfundendo. Sicut etiam legitur S. Laurentius proximus suæ passioni quemdam baptizasse sola asperfione.

Convenientia est moralis necessitas; vel quia est magna multitudo baptizandorum, vel propter paucitatem aquæ, vel propter debilitatem ministri qui non potest sustentare baptizandum, vel denique propter debilitatem baptizandi, cui posset imminere periculum mortis ex immerfione.

Et ideo (concludit D. Thom. parte 3. quæst. 66. art. 7. in corpore) dicendum est, quod immerfio non est de necessitate Baptismi. Siquidem periculum mortis nequit mutare essentialia Sacramenti, ut videlicet in eo sit materia sufficiens, quod aliàs non esset; nisi fortè ex illa circumstantia proveniat, ut actio mea existimetur ablutio, quæ extra illam potius diceretur submersio, de quo infra. Sic quippe vita Christianè acta quamvis probabiliter sit confessio in extremo vitæ periculo, quando alia expressior notitia voluntatis confitendi est impossibilis; non tamen extra necessitatem, quia circumstantia mortis facit, ut in illa reputetur desiderium abfolutionis; secus extra illam, ut proprio loco latius explicabimus. Hæc tamen in præfenti non obtinent; nam etiam extra necessitatem verè dicitur ablutus, qui perfunditur vel aspergitur aquâ, non minus, quàm qui in periculo mortis.

Si obijcias: Baptismus est figura mortis & sepulturæ Christi, juxta illud ad Rom. 6. v. 3. & 4. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus;

consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem. Respondeo cum D. Thom. supra ad 2. Quod in immerfione expressius representatur figura sepulturæ Christi.... Sed in alijs modis baptizandi representatur aliquo alio modo, licet non ita expressè. Nam quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis, vel aliqua pars eius, aquæ supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

Respondeo Secundò, illas significationes non esse essentielles; sed significationem abfolutionis animæ à peccato, ad quam per se requiritur ablutio corporalis: quod autem hoc vel illo modo, accidens est, adeoque non variat substantiam rei. In hoc igitur maxime consistit similitudo Baptismi cum Morte, sepultura & Resurrectione Christi, teste eodem Apostolo supra: Ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus, iustitiam sive gratiam sanctificationem in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem.

Hinc aliqui non rectè colligunt ex illo loco Apostoli, immerfioni, quæ confertur Baptismus, debere semper succedere emerfionem, quasi hæc sit necessaria ad representationem Resurrectionis Christi. Et aliunde certum est solam immerfionem veram esse abfolutionem. Patet in balneantibus & natantibus, qui ab omnibus dicuntur se lavare, se abluere, antequam aquas exierint; quippe non minus sordes deponuntur manentibus ipsis in aquis, quàm dum emergunt.

Neque contrarium docet Scotus 4. dist. 5. quæst. 3. num. 3. ut falsò ipsi imponit Vasq. disp. 145. cap. 3. in principio. Accipe verba Doctoris: Sed proiectus de ponte non (baptizatur) quia hoc non est ad vitam ordinatum vel lotionem, sed ad mortem. Loquitur de puero, qui projicitur in flumen cum certa sui morte. Ex quo infert Vasq. ergo censet merfioni succedere debere emerfionem, ut verum sit Sacramentum.

Quàm evidens consequentia! Immerfio, quæ per se est occisio, non est ablutio, sed submersio; ergo nulla immerfio est ablutio. Quis adeò parùm versatus in Philosophia, quin statim respondeat: nego consequentiam? Quippe generalis regula est: non licet procedere à specie ad genus distributum, v. g. Homo est, ergo omne animal est: Homo non est, ergo nullum animal est. Similiter ergo non sequitur: Hæc immerfio non est ablutio, & consequenter nec materia Baptismi;

Respondeo cum D. Thom. supra ad 2.

Respondeo cum D. Thom. supra ad 2.

60. Immerfio non est de necessitate Baptismi.

Contra quod obicitur. Scotus. ut ipsi imponit Vasq. supra.



Baptismi; ergo nulla immersio, quam non sequitur emersio.

Enimverò fieri potest, quòd aliquis immergatur cum debita forma, & antequàm extrahatur, forma sit absoluta; pone & obijse catarro, aut alio accidente. Anne ex verbis Doctoris nostri præcatis prudenter inferri poterit, hunc Baptismum fuisse invalidum? Certè illa lotio non erat ordinata ad mortem.

Similiter peritus artis natandi projicit se, vel ab alio projicitur ex ponte, ut fordes corporis abluat; num Vsq. diceret, talem projectionem esse ordinatam ad mortem, aut Scotus negaret esse veram abluionem? Quis sapiens, & non intelliget ista? intelligens, & non sciet hæc? Profectò de his nulla controversia est inter DD. sed quæritur, an immersio, cui certò conjungitur submersio, sufficiat? & si sufficiat, an liceat? Pro resolutione primæ quæstionis fit

CONCLUSIO VI.

Ablutio occisiva valida est, tam illa, quæ fit levi aspersione, quam projectione pueri in flumen.

61. Ita sentiunt Panormitanus, Gabriël, Valentia, Suarez, Vasquez, Pet. Ledesma, & Recentiores passim. Nec dissentit absolute Scotus, licet ordinariè citetur pro parte opposita, quam in exteriori apparentia docet 4. dist. 4. quæst. 3. n. 3. ibi: *Sed projectus de ponte non (baptizatur) quia hoc non est ad vitam ordinatum vel lotionem, sed ad mortem.* Interim (ut bene notat Scholasticus ad hunc numerum) contrarium inuit, vel saltem manet dubius, dist. 5. quæst. 3. n. 1. ibi: *Dicitur etiam, quòd talis sic projectus non esset baptizatus, quia Baptismus est ablutio ordinata ad vitam illius abluti; non sic ordinatur illa immersio.*

Hæc est sententia Richardi 4. a. 4. cap. 2. & 3. quam nomine ipsius refert Doctor nec probans tamen, nec improbens; adeoque non videtur eam tenere tanquam certam. Quocirca in Reportatis 4. dist. 5. q. 3. num. 8. sic inquit: *Sed quid si adultus projicitur in flumen, dicendo: Baptizo te &c. Credo quòd non baptizatur; quia projectus non habet intentionem Ecclesiæ, quia intentio Ecclesiæ est sic madefacere eum, quòd ipso vivente possit iterum desiccari; vel esse quòd baptizetur,*

non timeo quin projectus peccet mortaliter.

Ergo absolute non docet talem Baptismum invalidum, quamvis magis in illam partem videatur inclinari, quam simpliciter tenent Sylvester, Tabiena, Armilla, Richardus, Sotus, Angelus, Antoninus, Henriquez, Vivaldus, Toletus, Pirigianus, & alij. Et ratio est, quam supra insinuat Scotus: *Quia hoc non est ad vitam ordinatum &c. sive: quia intentio Ecclesiæ est sic madefacere eum &c.* Quòd non ita intelligendum est (ut Suarez & Vasquez minùs verè interpretantur) quasi Doctor velit, hoc Sacramentum, aut potius abluionem principaliter à Christo esse ordinatam ad conservandam vitam corporalem, & non potius ad significandam & causandam vitam spiritualem; sed quòd non videatur Christus instituisse Sacramentum in tali materia, quæ per se esset occisiva hominis, adeoque actio intrinsecè mala.

Sit itaque principale fundamentum hujus sententiæ; quia talis projectio in communi usu & modo loquendi non dicitur ablutio, sive non est moralis & usualis ablutio; hæc quippe instituta est non ad occidendum, sed ad fordes abluendas salvã vitã. Equidem quis non ab omnibus exploderetur, si diceret se velle lavare, quem ligatis manibus & pedibus, vel cum ingenti saxo ad collum, in profundum flumen mergeret, aut in cacabum aquæ bullientis projiceret? Certè omnes adstantes unã voce clamarent, hanc merfionem veram esse submerfionem vel occisionem, minimè abluionem. Unde talis immergens à iudice jure meritissimo ut homicida puniretur.

Nihilominus conclusio nostra videtur verior, nam in primis nihil deest tali actioni, quo minùs sit vera & physica ablutio, hoc est, motus aquæ circa corpus ex se conveniens ad abstergendas fordes, sive contactus corporis ab aqua (qui, ut supra diximus ex Scoto, est quasi ablutio formalis) effectivè procedens ab alio, scilicet projectiente. Si physica, quidni etiam moralis? Etenim qui sordida pecora in aquas dejiciunt, verè ea lavant secundùm usitatum modum loquendi, & tamen non intendunt ea educere, sed permittunt per se enatare; quæ enatio per accidens se habet ad abluionem. Quare etsi submergerentur, non minùs propterea dicerentur abluta; porro quòd ordinariè immergamus ea, quæ volumus lavare, cum animo emergendi, ratio in promptu est; non quia aliàs non esset ablutio, sed quoniam res ipsas perderemus, quas cupimus salvas.

Ita

In quam magis inclinatur. Multi alij simpliciter tenent. Sylvester. Tabiena. Armilla. Richardus. Sotus. Angelus. Antoninus. Henriquez. Vivaldus. Toletus. Pirigianus.

62. Ratio est, quòd hæc ablutio non fit moralis & usualis.

Ut communitè iudicarent homines.

63. Probatur nihilominus conclusio ratione.

Et exemplo projectum sordida pecora in aquas.



Regius. Ita Regius hęc q. 66. a. 7. d. 1. n. 69.

64. **Contra** eclusionem obijciuntur primò.  
Sed contra: alia est ratio lavandi bruta animalia, alia homines, saltem in morali æstimatione, quod sufficit. Sic quippe licet pasta in specie physica fortè conveniat cum pane; non tamen est materia consecrabilis. Similiter licet Absolutio per litteras sufficeret ad naturam actus judicialis, in quo institutum est Sacramentum Pœnitentiæ; tamen invalida est, quia institutio Christi ad eam non extenditur. Ergo pari ratione quamvis ablutio occisiva sit vera physica & materialis ablutio, imò fortè etiam moralis; adhuc non sufficit defectu institutionis Christi.

Responde-  
tur primò.  
Respondeo negando consequentiam; nam de illa non extensione constat nobis ex definitione Pontificis, non ita de defectu institutionis. Ad aliud simile dico, pastam illam nunquam simpliciter vocari panem, quemadmodum immersio (de qua hęc agimus) non solum pecorum, sed etiam hominum, aliquando vocatur ablutio simpliciter. Exemplum sit in natante, qui seipsum projicit ex ponte, vel ab alio projicitur ad lavandum corpus maculatum, quamvis etiam per accidens conjungeretur submersio.

65. **Obijciuntur** secundò.  
Responde-  
tur secundò.  
Dices: Mersioni pueri per se conjungitur submersio, imò est ipsa submersio; ergo potius dicenda est occisio, quam ablutio. Respondeo negando antecedens pro secunda parte: quippe non submergitur, qui mergitur; sed qui ita immergitur, ut non emergat. Unde non mersio, sive permanentia sub aquis, vel suffocatio est submersio; quæ quidem per se, id est infallibiliter, sive ut plurimum sequitur ex mersione in illis circumstantijs; non tamen per se, id est, ex natura istius actionis secundum se considerata, ita ut immediata occisio sit, quemadmodum strangulatio, translossio cordis, amputatio capitis, & similes actiones; qualis etiam est violenta detentio sub aquis aut projectio in ignem, quæ ex natura sua non sunt ordinatæ, nisi ad occisionem.

Non omnis  
immersio  
est submer-  
sio, esto non  
sequatur  
emersio,  
Porro immersio nostra per se potius ordinatur ab ablutionem, quam ad submersionem: unde si infans projiceretur, quando posset ab alio vivus eripi, absque dubio ab omnibus censeretur ablutus & baptizatus; quidni ergo dicatur simpliciter ablutus, quando per accidens (ut sic loquar) defectu eripientis submergitur? Etenim supponamus plures adesse, qui infantem possint extrahere, & non velint: an propterea actio illa minus erit ex natura sua ordinata ad mortem? Enimvero parochus

præfens, qui non vult baptizare aut absolvere, reputatur absens.

Præterea, Sacerdos sincera intentione immergit puerum fonti baptismali, & viribus destitutus subitâ infirmitate nequit educere; submergitur infans. Quis audeat negare validum Baptisma? Elabitur casu è manibus; tingitur aquâ ferventi (esto ex intentione occidendi) vel etiam aquâ frigidâ, ex cujus contactu propter indispositionem moritur baptizandus: num ideo minus censebitur ablutus, quam si superviveret? Et tamen debilem sic occidit levis causa, sicut fortem gravis; & sicut hic ex ignorantia potest excusari à peccato formali, ita & ille putans bona fide sibi illam projectionem licere: præterquam quod non videatur ignorantia ministri posse facere, quod actio aliqua sit vel non sit ablutio à Christo instituta. Profecto materia Sacramenti Baptismi; quæ est ablutio cum aqua naturali, de se (ut patet) non est occisiva, quamvis hęc & nunc per accidens propter indispositionem subjecti, vel qualitates extrinsecas aquæ inhaerentes, possit conjungi occisio.

67.  
Eodem modo Christus instituit Sacramentum Eucharistiæ in pane & vino; præcepitque Apostolis ut manducarent panem, & biberent vinum. Præterea instituit Sacramentum Extremæ Unctionis in oleo sive unctioe olei. Inficiatur panis & vinum veneno, ita ut ex solo odore Sacerdos consecrans contrahat lethalem infirmitatem; num ideo consecratio erit invalida? Moritur infirmus ex unctioe olei infecti; ergo non fuit validè inunctus? negatur ab omnibus consequentia.

Cur non similiter hæc? Puer immergitur aquæ, sive per projectionem è ponte, sive per manus Sacerdotis, vel per lapsum è manibus ipsius, & moritur, quia non est qui extrahat sive educat eum ex aqua; ergo non fuit Baptismus validus. Certè non apparet disparitas, præsertim si consideremus illam projectionem cum intentione projectantis, & circumstantiam extremæ necessitatis; enimvero ab omnibus qui noverint eam, censebitur projiciens potius velle lavare, quam occidere, idque quia aliter lavare non potest.

Placet responsio? Minimè, inquis: quia equidem talis projectio est, & propriè vocari potest moralis occisio. Sit, & vocetur: quid vetat unam & eandem actionem fortiri duas moralitates? Sit igitur & vocetur etiam moralis ablutio; quemadmodum eadem actio potest esse & vocari moralis comestio, bibitio aut unctio,



unctio, & simul etiam moralis occisio.

Ex his plana est responsio ad fundamentum contrariæ opinionis. Equidem licet projectio hominis in aquas non in omnibus circumstantijs in communi usu & modo loquendi appelleretur ablutio, siue non sit moralis & usualis ablutio ( ut bene probant exempla supra allata ) attamen non video, quare in casu extremæ necessitatis parvuli tali nomine non sit digna, quando omnis alia ratio & modus lavandi est impossibilis.

Moralis videtur occisio & ablutionis.

68. Hanc Christus voluit materiam validam, non licitam;

Validam in ratione ablutionis, non occisionis;

69.

Procedit spe effectus, ut à ministro;

Non tamen immediate, vel per instrumentum conjunctum.

Christus itaque instituit pro materia Baptismi veram ablutionem, prohibens adhiberi actionem illicitam, non tamen invalidam; nam ( ut dicitur in cap. Ad Apostolicam de Reg. ) *Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtriment roboris firmitatem.* Sic etiam Christus in omnibus alijs Sacramentis ordinavit actiones licitas; non tamen eas irritat, si per accidens ex mala voluntate ministri inficiantur, aut fortiantur simul aliam malam moralitatem. Quare ista ablutio non est mala quæ ablutio, sed quæ occisio; & eam non est instituta, sed sub moralitate ablutionis, cui moralitas occisionis adjungitur, si tamen adjungatur.

Verum enimvero neque sic quiescit animus, sed tactis secundum dicit cogitationibus: consentio quod talis projectio sit ablutio moralis; equidem non procedit effectivè à ministro, quod tamen secundum Scotum ( ut supra vidimus ) requiritur ad materiam hujus Sacramenti: quippe ablutio baptismalis determinatur à forma secundum rigorem verborum: *Ego te baptizo*; in qua vel exprimitur persona ministri, vel saltem subintelligitur; ac proinde videtur necessarium, ut proxime applicet per se aut instrumentum conjunctum, vel puerum aquæ, vel aquam puero.

Sed hoc est quod queritur; unde eadem facilitate negatur, quæ adstruitur. Neque enim Doctor noster exigit, ut lotio corporis ab aqua fiat ab alio immediate, vel per instrumentum conjunctum, sed simpliciter *ab alio causante contactum istum*, siue immersione, siue asperzione, siue applicando puerum aquæ, siue aquam puero, vel manibus proprijs sustinendo, vel projiciendo; hæc siquidem omnes actiones denominant ministrum verè lavare siue abluere, ut patet in eo, qui pecora lavanda projicit in aquas. Hæc pro validitate; quæ supposita,

CONCLUSIO VII.

Difficiliter ostenditur ex ratione ablutionem occisivam, v. g. projectionem parvuli in flumen cum certa ejus submersione, semper esse illicitam.

**A**uctoritas facit in oppositum, etiam Doctoris Subtilis, qui verbis supra citatis ex Reportatis 4. distinct. 5. quæst. 3. num. 8. hæc subjungit: *Et quid si non posset aliter baptizari? Dico, quod nullus debet exponere se pro alio peccato mortali; & plus debet diligere animam suam, quam animam proximi. Quid si dicatur: immergo? Dico, quod non videtur verbum ad intentionem baptizandi, sed submergendi.*

70. Ablutio occisiva ex auctoritate ostenditur illicita, Scotus.

In primo autem scripto 4. distinct. 5. quæst. 3. num. 1. ad quæstionem, an aliquis debeat ministrare Sacramentum Baptismi, quando præsumitur baptismationem vergere in periculum vitæ corporalis ejus, qui suscipit? Respondet in hæc verba: *Aut talis presumptio est certa ex signis certis; ut pote si quis non habens aquam, quam possit attingere, nisi de ponte propellat puerum in fluvium vel in puteum; hoc certum est, quod quantum est ex ratione talis actus, nata est mors subsequi, quia submersio ( non formalis, sed concomitans aut sublequens ) Dico quod quando sic præsumitur mors, nullo modo debet aliquis eum propellere aut projicere: quia peccabit mortaliter occidendo; & quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in se ipso, quam querere salutem proximi: quia ordinata charitas magis est ad se ipsum.*

Etiam Doctoris Subtilis.

Scoto subscribunt cæteri ferè omnes DD. idque ex eodem fundamento, videlicet quia talis projectio est directæ occisio innocentis, quæ juxta communem sententiam, solo (quod sciam) Joanne Pontico Summæ Theolog. disp. 52. quæst. 5. contradicente, in omni prorsus casu est illicita, Deo attestante & præcipiente Exod. 23. v. 7. *Innocentem & iustum non occides, quia aversor impium.*

71. Et omnium ferè aliorum Scoto subscribentium.

Porro præfatus Auctor hanc statuit quartam conclusionem: *Licet aliquando directè occidere Innocentem.* Exemplificat in Tyranno, qui potens vellet destruere Rempublicam aliquam, quæ resistere non posset, nisi

Ex eo quod innocentis directæ occisio semper sit illicita, Exod. 23. Cujus opus positum non restit docuit Ponticius.

K k mitterent



mitterent ad ipsum caput alicujus innocentis amputatum; in tali enim (inquit) casu mors illius innocentis esset necessaria, ut conservaretur Respublica, & filij ac parentes ipsiusmet innocentis. Et quamvis vita hominis sit sub dominio Dei, tamen non ita, quin sicut posset Respublica ordinare (ut omnes fatentur) ut quis exponeret se manifesto periculo mortis pro salute Reipublicæ, sic etiam posset in casu præmissio interficere ipsum.

72.  
Innixus  
ruinoso  
fundamen-  
to.

Sic Poncius noster ruinoso certè fundamento imponens gravissimam molem novæ & hæcenus inauditæ sententiæ. Quid si enim Tyrannus mandet, ut innocens seipsum occidat? num ideo occisio sui erit licita? Et tamen occisio innocentis & sui ipsius eodem præcepto prohibentur. Fateor, naturam magis abhorre occisionem propriam, quàm alienam, propter intimam connexionem, aut potius identitatem hominis secum, ita ut propterea plures doceant, neminem constitui idoneum executorem sententiæ capitalis in seipsum: attamen illa connexio non est tanta, quin secluso præcepto divino teneretur se ipsum occidere pro bono communi; quemadmodum potest & debet proprios parentes trucidare, licet extra necessitatem propter reverentiam & connexionem cum illis non sit idoneus executor justæ sententiæ mortis.

73.  
Non enim  
licent om-  
nia quæ pro  
bono com-  
muni sunt  
necessaria,

Ut varid  
ostenditur.

Non itaque omnia licent, quæ sunt necessaria pro bono communi; sed illa dumtaxat, quæ aliunde à Deo non inveniuntur specialiter prohibita. Patet in fornicatione, adulterio & similibus intrinsecè malis; quibus rectissimè annumeratur occisio directæ innocentis, quæ proinde non censetur concessa sive pro bono communi, sive privato, corporali aut spirituali.

Profectò si Reipublicæ commissæ est directæ occisio innocentis pro sui conservatione; quâ fronte negabimus eandem permissam, quando planè necessaria est pro æterna hominis salute, quam quisque prædiligere debet bono communi, & pro qua tenetur se exponere manifestissimo periculo mortis corporalis? Aut cur non liceat Regi occidere uxorem sterilem, ut ex altera hæredem suscitaret omnimodè necessarium pro bono communi Reipublicæ tam civilis, quàm Ecclesiasticæ? Certè Poncius vix aut ne vix quidem insequentiam poterit ostendere.

Poncius  
pro se nul-  
lum citat  
Auctorem.

Suppono igitur cum communi sententia, contra Poncium, qui pro se nullum

citat Auctorem, in nullo profusus casu licere occisionem directam innocentis: sed nego in casu conclusionis nostræ: eam intervenire. Quod ut probem, non absere erit, imo quamplurimum juvabit, ne dicam omnino necessarium, scire differentiam seu distinctionem inter occisionem directam & indirectam, quam hic appono:

Directè occidere innocentem, est intendere ejus mortem vel ut medium, vel ut finem, saltem ex natura actionis. Quod ultimum addo; quia non requiritur semper explicita volitio mortis, sed videtur sufficere, quòd ponatur talis actio, cujus effectus unicus, necessarius & immediatus est mors.

Ex quo facile colligitur, quid sit occidere indirectè; videlicet ponere actionem aliquam, cui conjungitur sive fallibiliter, sive etiam infallibiliter mors, non intentata tamen neque ut medium, neque ut finis, etiam ex natura ipsius actionis. Exemplifico in bello:

Oppugno justè aliquam civitatem, & pro victoriâ necessaria est everio turrium & moeniorum. Collocantur in his pueri, & alij innocentes: everto nihilominus turres & moenia, atque opprimuntur innocentes. Dico, occisionem esse indirectam, ac proinde licitam; quoniam tametsi is, qui arcem diruit, physicè loquendo sit causa illius mortis, non tamen humano & morali modo; quia hoc verbum in ordine ad actionem humanam communiter applicatur intendenti mortem in se, vel in causa per se, aut certè in causa per accidens, quando obligatur eam non ponere. Porro justus hostis pro fine habet victoriam, ad quam nullatenus conducit mors innocentium; sed sola everio turris, in qua utitur jure suo, neque tenetur vitare damna proximi, quæ inde per accidens sequuntur, cum tanto sui detrimento.

Sed contra: mors in casu posito sequitur per se; ergo intenditur: ergo est occisio directæ. Respondeo Primò negando antecedens: nam casu vel malitia aliorum evenit, quòd ibi sint innocentes. Igitur accensio cuniculi v.g. aut etiam ipsa dissipatio arcis ex natura sua non ordinatur ad mortem; sed ista ad everisionem, hæc verò ad victoriam, vel alium finem indifferentem; adeoque occisio prævisa non magis debet imputari injicienti ignem in pulverem tormentarium, quàm si nullo modo fuisset prævisa; licuti pollutio præcognita à confessario non plus



plus ipsi imputatur, ac si omnimodè illam ignorasset, sive confessio turpium dicatur causa per accidens, sive etiam per se, ut aliqui volunt.

**Satisfic secundo.**  
 Respondeo Secundo negando consequentias: nam victoria est effectus æquè necessarius & immediatus, ac qui sua bonitate malitiam effectus mali videtur elidere, solus ab hoste expressè intentus. Tunc autem non intenditur moraliter effectus malus, nequidem in causa per se.

**76.** Atque hâc ratione multi excusant factum Sampsonis Judicum 16. vers. 30. à peccato propriæ occisionis; quamvis Div. August. de Civitate Dei lib. 1. cap. 21. recurrat ad specialem instinctum Spiritus sancti, dicens: *Nec Sampson aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruinâ domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illam miracula faciebat*: fortè, quia existimavit Sampsonem expressè intendisse propriam mortem, ex his verbis, quibus historiam narrat Scriptura sacra loco supra citato: *Ait (Sampson) moriatur anima mea cum Philisthim; concussitq; fortiter columnas, cecidit domus super omnes Principes &c.* Fortassis etiam, quia Sanctus Doctor iudicavit, vindictam illam de inimicis non fuisse causam sufficientem seipsum indirectè occidendi: quippe videndum est, an bonum commune aut privatum, quod inde provenit, tantum sit, ut ex præcepto charitatis possit quis illud præponere vitæ propriæ aut aliorum innocentium.

**77.** Et ita, secundum quamplurimos DD. licet seipsum projicere ex alta turri cum evidenti periculo mortis ad evadendum incendium; ignem injicere in pulverem tormentarium cum certa conflagratione navis, & interitu nautarum, nè alioquin navis veniat in potestatem hostium cum maximo detrimento Reipublicæ Christianæ; & alia similia multa censentur tantummodò mors sive occisio indirecta, quoniam non intenta neque in se, neque in sua causa, neque ut medium, neque ut finis; quæ tamen si absque causa fierent, proculdubio homicidij crimine innecterentur. Enimverò circumstantia sapissimè mutant moralem rationem actionis, ita ut eadem physica actio, quæ in aliquibus esset directa occisio, in alijs solum sit indirecta.

**78.** Hinc etiam si in bello iusto haberentur infantes hostium, non possent occidi, ut pro liberandis filiis parentes obsessi se dedant; siquidem tunc occisio eligeretur

tantumquam medium ad victoriam obtinendam. Idem est si aliquis primò occidat infantem, ut tali via alio ictu possit occidere injustum invalorem. Aliud dicitur, si unico ictu occidat invalorem & infantem, quo se protegit: quippe tunc non eligitur causa ista physica occisionis propter conjunctionem, quam habet cum morte infantis; sed cum occisione invaloris, qui effectus licitè est volibilis, cui per accidens conjungitur mors infantis.

Quidni ergo projectio infantis in casu conclusionis sit occisio solum indirecta moraliter? Imò hæc videtur magis licita, quia est puero valde utilis, utpote causa æternæ salutis, & nullo modo damnosa, cum sine ea nihilominus statim moreretur: sine comparatione autem melius est illi puero ita baptizari, quam sine Baptismo adhuc paululum supervivere.

Respondet Regius supra num. 75. esse diversam rationem in hæc projectione, atque in alijs dictis actionibus; quia hæc secundum se consideratis omnino per accidens conjuncta est occisio: quemadmodum etiam quando fugio mortem ab hoste mihi imminentem cum certo vitæ periculo pueri obvij, ab equo, cui insideo, conculcandi. Similiter dum mulier gravidam sumit medicinam directè conducentem suæ sanitati, etsi certò sequatur abortus foetus animati, cujus alioquin nulla superest spes vitæ. Nam sine hac occisione posset eadem numero eversio aut explosio tormentorum fieri, si illi innocentes absent; & similiter eadem esset fuga, si puer à via abesset; & mulier illa idem pharmacum sumeret, etsi non esset prægnans. Secus est de projectione illa pueri, quæ secundum se considerata, & seclusis omnibus extrinsecis circumstantijs fieri naturaliter nequit sine pueri occisione. Quare qui eam vult, necessariò vult etiam mortem pueri, nec potest unam ab alia præscindere efficaci volitione.

Contra: etiam in alijs casibus nequit homo efficaci voluntate velle unum, & non aliud certò conjunctum, saltem physice loquendo, ut admittit idem Auditor supra num. 73. nam loquens de indirecta occisione, quam existimat ex rationabili causa licitam, inquit: *Quia etsi tunc physice loquendo hic & nunc cum tali actione conjuncta sit occisio innocentis, atque illam exercens sit hujus causa; tamen moraliter loquendo occisio est planè per accidens conjuncta cum illo opere: tum quia nullo modo neque ut medium, neque*

K k 2 ut finis

79.  
 Responso  
 Regij

80.  
 Impugnatur  
 ex ipso  
 Regio.

80.  
 Impugnatur  
 ex ipso  
 Regio.



ut finis est intenta ab exercente illud opus, qui omnimodè cuperet eam abesse: tum quia ille non tenetur hîc & nunc omittere illam actionem, nè occiso sequatur; atque ita non censetur hujus moralis esse causa. Hucusque Regius.

81. Sed quis ita præoccupatus, ut non statim videat & fateatur similem esse rationem projicientis puerum? Siquidem mallet omnibus modis conservare vitam ejus, si posset sine dispendio æternæ salutis; neque elegit mortem tanquam medium ad Baptismum, cum non possit mortuo procedere Baptismus (puta, quia subjectum ejus est homo vivens) sed tantum sequitur mors post Baptismum, non certius, quam sequatur in alijs actionibus. Quapropter licet non possit velle projectionem tanquam medium necessarium ad Baptismum, nisi simul physicè velit submersionem infallibiliter subsequendam; causalitas tamen moralis, quæ necessaria est ut actio sit illicita, non sufficienter evincitur.

82. Equidem quoddam in alijs casibus non censetur quis moraliter velle occisionem, provenit ex circumstantijs, quibus datur intelligi mortem non esse per se volitam; adeit enim alius effectus immediatus vel æquè immediatus, qui censetur solum intendi, & ad quem obtinendum mors nullo modo est medium: v. g. præcipitans se ex turri vel ex fenestra ad evadendum incendium, non reputatur suicida, etsi certò moriatur; quia mortem suam neque intendit ut finem, neque ut medium; quia antequam mors sequatur, jam est extra periculum incendij. Aliud esset, si manens in domo se pugione transfodiat, nè vivus igne absumatur; tunc siquidem eligitur mors tanquam medium ad evadendum ignem, quem alioquin manens vivus non evaderet, quod dubio procul illicitum est.

Porro in casu nostro ex circumstantijs manifestè colligimus, non esse intentionem projicientis occidere, sed baptizare sive abluere, quæ ablutio est effectus magis immediatus & necessarius, quam submersione; ista quippe ab immersione nequit separari, imo essentialiter est ipsa immersio; hæc autem abesse potest, si adstantes puerum statim extrahant: neque ullatenus necessaria est tanquam medium ad ablutio- nem, quæ principaliter intenditur tanquam finis. Illigitur projectioni quæ est Baptismus, æquè per accidens conjungitur mors infantis, atque in alijs casibus à Regio & alijs admissis.

Respondent aliqui, ibi ex naturali significatione circumstantiarum intelligi, quod non intendatur occiso; hîc autem ex accidentali tantum & dependenter ab intentione. Sed profectò sive ex istis, sive ex illis circumstantijs, dummodò adstantes intelligant; quid refert? Et sanè circumstantia Baptismi cognita tam naturaliter significat illam projectionem non fieri ex intentione occidendi, quam circumstantia incendij v. g. aut mortis ab hoste imminenti, conculcationem infantis obvijs, aut præcipitationem ex fenestra sive turri.

Dices: Non variatur actio etiam secundum moralem suam rationem, ex arbitrio cujusque particularis, sed communi quibusque obvio. Respondeo. obvio illis, qui norunt circumstantias actionis sive voluntarias, sive naturales; quod autem una circumstantia magis & pluribus nota sit, quam altera, impertinens est ad propositum. Enimverò ponamus me inspectante & nesciente, Petrum fugere inimicum suum, & fugiendo conculcare puerum, statim judico ipsum homicidam: similiter si video ipsum saltantem ex fenestra, & ignoro domum ardere; & ita in alijs. Scio incendium, scio persecutionem inimici; ex tempore dico: non est occisor. Ergo à pari, qui videt infantem projici in aquas, si ignorat necessitatem Baptismi, judicat submersionem; cognoscit eam, & indubitanter loquitur: ablutit puer, & non submergitur.

Concludo finaliter, & dico non minus probabile videri, projectionem nostram esse occisionem tantummodò indirectam, ac proinde licitam attentà solâ ratione, quam eversionem mœniorum, explosionem tormentorum, fugam, sumptionem pharmaci, & similes actiones, quando æquè certò mors propria vel innocentis est adjuncta. Et ideo docet hanc sententiam Ochogavia apud Dia. parte 5. Tract. 3. de casibus tempore mortis occurrentibus, resol. 14. & pluries Lovanii publicè est defensa.

Interim si malumus credere auctoritati, erit occiso directa, ex qua suppositione Scotus supra citatus non timet, quin propellens aut projiciens peccet mortaliter, quippe non sunt facienda mala, ut eveniant bona: sed tunc magis consequenter negatur incensionem navis & alias actiones supra enumeratas licere cum certa omnino morte propria vel innocentium: scilicet, si solum est periculum mortis; siquidem exponere seipsum aut proximum certè morti,

Quod quis non censetur moraliter velle occisionem, faciunt circumstantias;

Quæ sunt, dum puer in aquas projicitur ut baptizetur.



morti, secundum illos Auctores est directè occidere; exponere verò periculo mortis cum aliqua spe evasionis, indirectè tantum.

Et hoc (inquiunt) videtur conformis D. August. lib. 1. de Civit. Dei cap. 26. in fine: Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales; ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter sua peccata preterita, propter quæ magis hæc vitæ opus est, ut possint penitendo sanari. Neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos sua mortis melior post mortem vitæ non suscipit.

86. At quis non illicò respondeat, August. loqui in casu, quo quis eligit mortem, tantquam medium ad evadendas molestias temporales aut spirituales? Certè verba clarissima sunt.

Per quæ etiam facillimè solvitur quæstio proposita à Joanne Caramuele, Theologiæ suæ fundamentalis fol. 561. n. 1166. Sollicitat (inquit) Antoniam Petrus, & ipsa se fragilem sentit: vim ille imponit, & ipsa periculose proximum judicat, è quo non possit probabiliter evadere innocens. Ergo, ne mortaliter peccet consentiendo libidini, cum aliter se à Petri invasione liberare non potest, illum licitè occidit, & vi repellit vim, & se conscientiamque suam securam reddit. Hanc tententiam tenent universi: nemo enim condemnat castam virginem, quæ lascivum invadorem interemit: nemo asserit, debere illam stuprum permittere potius, quam se defendere cum moderamine inculpatae tutelæ.

Sed quid dicendum erit, si non possit invadorem occidere, nec aliter ejus manus evadere, quam per fenestram exiliendo? An se precipitare poterit, & hoc modo periculum peccandi effugere? Et quid dicendum tandem, si Antonia invadat semetipsam? Quid eo casu, quo pruriente feminis abundantia & urgente consuetudine peccandi, illa evidenter videat se peccaturam esse? An in tali casu poterit contra seipsam procedere cum moderamine inculpatae tutelæ? Ita interrogat præfatus Auctor.

Respondet: potest per fenestram exilire cum periculo propriæ vitæ & spe evadendi manus stupratoris; minimè se ipsam manentem in cubiculo pugione transfodere: quippe sic eligit mortem, adeoque in-

tendit eam tamquam medium necessarium ad fugam peccati, desiderio utique vitæ melioris, quam post mortem sperat: sed profectò reos sua mortis (inquit August. supra) melior post mortem vitæ non suscipit.

Quæris, unde hoc sciam? Respondeo cum Sancto Doctore supra cap. 20. in principio: Neque enim frustra in sanctis Canonibus libris nusquam nobis divinitus præceptum permissivè reperiri potest, ut vel ipsius adipiscende immortalitatis, vel illius cavendæ, cavendive mali causa, nobis nempe necem inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, ubi lex ait: Non occides; præsertim quia non addidit: proximum tuum, sicut falsum testimonium cum veraret.

Dices: Præceptum non occides, multas patitur interpretationes & exceptiones: licet quippe occidere malefactores, injustos invalores vitæ, bonorum temporalium, honoris ac pudicitia; cur non similiter carnem propriam, quando injustè me invadit, violenter quasi pertrahens ad consensum peccati?

Respondet, negando carnem esse injustum invadorem; siquidem justissimè retributa est concupiscentia carnis merito inobedientiæ primorum parentum. Nam si quid infirmitatis (inquit D. August. lib. 2. contra Felicem cap. 8.) patiuntur, qui non possunt facillè implere quod volunt, manifestum est hoc venisse de radice primi peccati Adam. Et tamen ne dicatis (verba sunt ejusdem Sancti Enar. in Psal. 40.) non possum tenere & portare & servare carnem meam: adjuvatis, ut possis. Etenim (teste Concil. Araus. 2. cap. 25.) Hoc secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante & cooperante) quæ ad salutem pertinent, possunt & debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere. Non dicit Concilium: si seipsos occiderint, sed: si fideliter laborare voluerint.

Quis autem ita desipiat, ut dicat eum fideliter laborare in vinea suæ custodiæ commissa, qui eam destruit nè amplius oporteat laborare? Laborandum igitur est cum S. Teresia, de qua legitur in divino Officio: Cum assidua ederet exempla virtutum, tam anxio castigandi corporis desiderio astuabat, ut quavis secus suaderent morbi, quibus afflictabatur, corpus cilicis, catenis, urticarum manipulis, alijsq. acerrimis flagellis sæpe cruciaret, & aliquando inter spinas volutaret, sic Deum alloqui solita: Domine, aut pati aut mori. Se semper miserrima morte perentem existimans, quamdiu à celesti aeterna vitæ fonte abesset.

Taliter quoque laborabat Seraphicus Pater

K k 3

Licet fieret desiderio vitæ melioris,

S. August.

Aut eas cavendi causa vendique mali.

87.

Obiectio, quod licet occidere injustum invadorem vitæ &c.

Respondio, quod caro propria non sit injustus invadorem.

S. August.

Et quod concupiscentia fuerit via, licet alia via, Araus.

Fideliter utique laborando,

Ad exemplum S. Teresie,

Citatur D. August.

86. Sed perperam, cum agat in casu, in quo eligitur mors ut medium.

Caramuel.

Quod est illicitum.



Et Seraphici Patris Francisci.

Et Apostoli Pauli.

Deus enim impossibilia non habet. Trid. 11.

88. Sed quid si sit necessitas aut fornicandi, aut propria manu moriendi? Caramuel.

Preeligenda erit fornicatio.

89. Objectio. Jac. 1.

Pater noster Franciscus, de quo narrat Seraphicus Bonaventura cap. 5. vitæ ejus, gravem tentationem carnis non se occidendo, sed durissimis cadendo flagellis, & in nives se projiciendo, effugasse. Hos Sanctos imitetur Antonia cum Apostolo castigans corpus suum, & in servitum redigens, non autem violenter occidens; neque dicat: Aut peccandum, aut moriendum; sed potius: Aut patiendum, aut moriendum.

Apposuit D. August. lib. 2. de Peccat. meritis cap. 6. Dubitare non possum, nec Deum aliquid impossibile homini præcipisse, nec Deo ad opitulandum & adjuvandum, quo fiat, quod iubet, impossibile aliquid esse. Ac per hoc potest homo, si velit, esse sine peccato, adiutus à Deo. Postulet itaque à Deo gratiam, qui dat omnibus affluenter; utique his omnibus, qui sic petunt & tantum petunt, quomodo & quantum res tanta petenda est. Neque enim impossibilia iubet (verba sunt Trid. sess. 6. cap. 11.) sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuvat ut possis.

Sed quid si tentatio tanta sit, ut patiendo liberari non possis, & tibi ideo aut moriendum, aut cedendum sit? Respondet Caramuel parte 2. Theol. fundamentalis n. 108. in fine: Ride quaeso; militamus sub bono Deo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Ergo respondeo casum esse impossibilem, & sine injuria Dei possibilem dici non posse. Et sic non dissolvo controversiam, sed tollo. Sed quid si esset possibilis? Respondeo non esse absurdum, si ex præmissis absurdis absurda consequentia inferantur. Hæc ille.

Dico ego, neque in tali casu mortem propriam esse præeligendam fornicationi v. g. cum majus malum sit se ipsum directe occidere, quam fornicari; ex duobus autem malis minus est eligendum. Sicuti ergo non bene sequitur: aut fornicandum est, aut adulterandum; ergo licet adulterari; ita etiam non valet hæc consequentia: fornicandum est, aut propria manu moriendum; ergo possum mihi mortem consciscere. Quippe (ut statim dixi) majus malum est directe seipsum innocentem occidere, quam fornicari; sicut majus malum est adulterari, quam fornicari.

Contra: Non occiditur innocens, sed nocens, quoniam necessitat ad peccandum: Peccatum vero cum consummatum fuerit (juxta Apostolum Jacobum cap. 1. v. 15.) generat mortem. Ut autem habetur cap. Significasti 2. de homicidio: Vim vi repellere omnia iura omnesque, leges permittunt. Si ergo conceditur occisio invaloris vitæ corporalis cum

moderamine inculpatæ tutelæ, quanto magis invaloris vitæ spiritualis?

Respondeo hæc excedi moderamine inculpatæ tutelæ: quippe non permittitur tutela contra invaluorem justum, v. g. ministrum justitiæ publicæ: concupiscentia autem si necessitat ad peccandum, ut tibi placet, est quasi minister justitiæ divini, aut potius poena justè pro peccato inflicta. Ergo quemadmodum fur, ut evadat inlamiã patibuli, seipsum interimens, graviter delinquit contra præceptum: Non occides; simili ratione homo sibi ipsi manus injiciens, ut evadat concupiscentiam necessitantem ad fornicationem, sive fornicationem necessariam, reus erit homicidij. Igitur ex eo quòd Antonia (de qua supra) necessitaretur ad fornicandum, minus rectè inferitur, posse se ipsam pugione transfodere, aut alio genere mortis directe occidere. Hæc dicta sint occasione verborum S. August. & quæstionis propositæ à Caramuele.

Majorem difficultatem habent alia verba D. August. ibidem cap. 21. qua supra citavi & explicavi. Quòd si minus cupiam allubescat explicatio, & contendant D. August. fuisse in contraria opinione, non agnoscant: nam etiam videtur asserere illicitum esse occidere invaluorem injulium propriæ vitæ, de lib. arbit. lib. 1. cap. 5. ibi: Sed illi homines lege inculpati, quomodo inculpati queant esse, non video: non enim lex eos cogit occidere (invalores scilicet vitæ, pudicitia, bonorum fortunæ) sed relinquit in potestate. Et infra: Quapropter legem quidem non reprehendo, que tales permittit interfici: sed quo pacto istos defendam, qui interficiunt, non invenio. Et post pauca: Quomodo enim apud eam (providentiam divinam) sunt isti peccato liberi, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cade polluti sunt?

Sed quam ob causam arbitramur Doctorum Sanctum ita fuisse locutum contra communem omnium DD. sententiam, que concedit occisionem injulium invaloris, saltem propriæ vitæ, cum moderamine inculpatæ tutelæ? Certè non ob aliam, quam quæ insinuat ab Evodio ipsum interrogante, his verbis: Quomodo possum arbitrari carere istos libidine, qui pro his rebus digladiantur, quas possunt amittere inviti? aut si non possunt, quid opus est pro his usque ad hominis necem progredi? Non ergo lex iusta est, que dat potestatem vel viatori, ut lazonem, ne ab ipso occidatur, occidat: vel cupiam viro aut famulo, ut violenter sibi stupratorem irruentem ante altarium stuprum, si possit, interimat: nam militem etiam iubetur lege, ut hostem necet; à qua cade si rem-

Respondeo. Concupiscentia est quasi minister justitiæ divini. Aut peccat pro peccato inflicta. Aut peccat pro peccato inflicta. Ang. asserere videtur esse illicitum occidere. Invenio inculpatum propriæ vitæ. Aliquant ex illis sic dicentibus. August.



si temperaverit, ab Imperatore poenas luit. Ita Evodius.

91. Respondet August. Legem quidem satis video esse munitam contra huiusmodi accusationem &c. Admittit quidem legem iustam & inculpata; at permittentem solum, non præcipientem, præterquam militi. Nam miles (inquit) in hoste interficiendo minister est legis, quare officium suum facile nulla libidine implevit. Libido itaque sive periculum libidinis, quæ cativè intervenire potest in defensione vitæ, pudicitia ac bonorum fortunæ, rationem dedit tanto Doctõri dubitandi de bonitate, & quasi asserendi malitiam huius actionis.

Libido videtur aut ejus periculum in talibus defensionibus citri solitum:

Confirmatur ex illis, quæ habet Epistolâ 154. post medium, ibi: De occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro alijs vel pro civitate, ubi etiam ipse est, acceptâ legitimâ potestate, si eius congruit persona. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant, etiam ipsis aliquid fortasse præstat. Hinc autem dictum est: Non resistamus malo, ne nos vindicta deletet, quæ alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus. Quia ergo homines quando propria causa agitur, faciliè opere vel affectu modum defensionis excedunt, hinc non videt Lumen Ecclesiæ D. August. quò pacto regulariter excuset ab omni peccato, qui interficiunt.

Item abfentia moderaminis inculpatae tutelæ.

92. Enimverò ( ut ad præsentem difficultatem redeamus, & finem ei imponamus ) longè abest libido aut vindicta ab illo, qui infantem projicit in flumen, non pro se, sed pro æterna parvuli salute. Ut proinde ab exemplo Sampsonis non evidenter ducatur argumentum ad abluionem occisivam. Neque ad sectionem cæsaream matris, ut proles baptizari possit in partu desperato, licet ista infallibiliter interitura sit.

An liceat sectio cæsarea,

Sed nunquid ideo hæc sectio licita? Difficile est ( inquit de Scildere in Synopsi de Sacram. §. 13. ) in ea peccatum ostendere, cum neque quæ corporis apertiva ( ut in calculi sectione patet ) illicita sit; neque quæ allativa mortis, utpote æquè immediate causa Baptismi per se intenti, ad quem mors matris subtervire non potest.

Saltem in matre moribunda?

Atque hæc præcipuè urgent in matre moribunda, eo quòd in morte matris proles suffocari solet; quare illius sectionem tunc licitam esse, opinatur Theologus non nemo cum Medicis quibusdam. In oppositum unanimiter stant cæteri Theologi, quamvis eorum aliqui ( Præpositum in-

telligo ) baptizari posse credat infantem in utero aquâ immisâ, licet mors inde matris oritura sit.

Probat autem Præpositus suam sententiam: quia in hoc casu actio ministri non respicit interitum matris pro suo termino, sed abluionem prolis, quæ in ratione abluionis materialis est quid indifferens: in ratione verò cæremonia sacramentalis est honesta, & subsequens mors matris solum est permissa, atque adeò non imputatur ad peccatum; imò mater eo casu tenetur permittere, ut proles baptizetur. Nam si cum certo vitæ corporalis periculo tenemur succurrere salutem proximi, quando moraliter certum est nos posse succurrere, & certum est cum aliâ periturum; eadem ratione tenemur in similibus circumstantijs permittere, ut cum aperto nostræ vitæ periculo alius succurrat. Quamdiu tamen ex una parte non apparet morale periculum, quòd proles non poterit nasci viva ex utero, & ex altera parte moralis spes quòd efficaciter poterit ei succurri in utero Baptismum re ipsa conferendo, mater non tenetur sese aperto vitæ discrimini exponere, & proinde raro tenetur se exponere isti periculo, cum raro omnes illæ circumstantiæ occurrant. Hæc ille.

Possit baptizari parvulum in utero, et si mors matris sit incertura, docet Præpositus quæ 66. n. 92.

Imo matrem debere permittere, ut sic baptizetur.

Quæ sic posset aliquis applicare sectioni cæsareæ. Hæc sectio non respicit interitum matris pro suo termino, sed apertionem corporis & educationem prolis, ut ea possit baptizari; ad quam utique apertionem & educationem non magis certo sequitur mors matris, quàm ad infusionem aquæ; proinde solum est permissa, atque adeò non imputabitur ad peccatum, eritque obligatio sectionem permittendi in prædictis circumstantijs.

93. An liceat dem ratio sectionis cæsareæ?

Respondeo: prorsus erit obligatio eam permittendi, immo & exequendi, ex suppositione ( quam communiter negant Theologi ) quòd liceat: prout etiam projectionem parvuli aut adulti in flumen. Quippe omni medio licito tenemur succurrere nobis ipsis & proximo in extrema necessitate vitæ spiritualis constitutis, etiam cum præsentissimo periculo mortis corporalis. Quidni & cum certa morte, si probabiliter fuerit honesta? Etenim sic dicimus teneri Sacerdotem absolovere moribundum, qui non dedit signa doloris præter vitam Catholicè actam, ex hypothesi quòd probabiliter liceat. Profectò satius & omnibus modis exoptandum est tam parvulo, quàm adulto, statim emori cum spe aliqua æternæ vitæ, quàm diutius supervivere cum certitudine æternæ damnationis.

Est obligatio eam permittendi & exequendi, supposito quòd liceat.

Atque



Questio de ablutione occisiva magis speculativa quam practica.

Atque hæc ( ut reor ) sufficient pro controversia magis speculativa quam practica, cum casus illi extremæ necessitatis perraro soleant occurrere. Restat quæstio circa ablutionem sacramentalem trina esse debeat, an una ? pro qua subijcio hanc conclusionem desumptam ex Concil. Toletano IV. cap. 5.

dum sequuntur & morem. Hactenus Concilium. Non est autem verosimile vel Pontificem Gregorium, vel Concil. illud, totamque Ecclesiam Hispaniæ errasse circa essentialia Sacramenti maxime necessarij.

Tempore itaque Leandri Episcopi consuetudo erat illius particularis Ecclesiæ unicâ mersione baptizare, occasione scilicet particularis hæresis, five ( ut loquitur Conc. ) Propter vitandum schismatis scandalum, vel hæresis dogmatis usum in illa Ecclesia. Porro in Ecclesia Romana & universali semper obtinuit usus à tempore Apostolorum trinæ ablutionis. Atque hæc de facto præscribitur à Rit. Romano tit. de Baptismo §. de Forma Baptismi, ibi: Baptismus licet fieri possit aut per infusionem &c. ita ut trina ablutione caput baptizandi persudatur &c. Ideoque obligat & semper obligavit, ubi per contrariam consuetudinem non est aut fuit ei sufficienter derogatum.

CONCLUSIO VIII.

Ablutio in Sacramento Baptismi una sit vel trina, secundum consuetudinem Ecclesiæ.

94. Ablutio sit una vel trina, secundum usum Ecclesiæ.

Titul. IV.

Concil. Toletanum IV. can. §. sic ait: De Baptismi autem Sacramento, propter quod in Hispanijs quidam Sacerdotes trinam, quidam simplam mersionem faciunt, à nonnullis schisma esse conspicitur, & unitas fidei scindi videtur. Et post pauca: Beate ergo memoria Gregorius Rom. Ecclesiæ Pontifex, qui non solum partes Italia illustravit, sed & longè existentes Ecclesias suâ doctrinâ perdocuit, efflagitante sanctissimo Leandro Episcopo de hac Hispaniæ diversitate, quid potius esset sequendum, inter cetera rescribens ei, sic ait: De trina verò mersione Baptismatis nihil responderi verius potest, quam ipsi sensistis; quia in una fide nihil officii sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus, triduana sepulture sacramenta signamus, ut dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis forte, etiam pro summa Trinitatis veneratione, existimet fieri, neque ad hoc aliquid obstitit, baptizandum semel in aquas mergere: quia dum in tribus subsistentijs una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in Baptismate in aquam vel ter, vel semel mergere, quando & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in una potest divinitatis singularitas designari.

Per trinam triduanæ sepulture sacramenta significantur, & Trinitas personarum:

Per unam essentia unitas designatur.

Sed si nunc usque ab hæreticis infans in Baptismate tertio mergebatur, faciendum apud vos esse non censo, ne, dum mersiones numerant, divinitatem dividant: dumq; quod faciebant, morem vestrum se vicisse gloriantur. Quapropter, quia de utroque Sacramento, quod sit in sancto Baptismo, à tanto viro reddita est ratio, quod utrumque rectum, utrumque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur; propter vitandum autem schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis usum, simplam teneamus Baptismi mersionem, ne videantur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare assertionem,

Suppono quippe ex Concil. Trident. sess. 7. de Sacramentis in genere, can. ultimo, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, non absque peccato aut contemni, aut à ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum particularium pastorem absque consensu expresso vel implicito summi Pontificis posse mutari. Et secundum hanc consuetudinem universalem locuti sunt sancti Patres, qui trinam ablutionem videntur requirere, ad licitam videlicet administrationem.

Nec obstat Can. 49. Apostolorum, qui sic habet: Si quis Episcopus aut presbyter non trinam mersionem unius mysterij celebret, sed semel mergat in Baptismate, quod dari videtur in Domini morte, damnatur. Non, inquam, obstat; nam ( præterquam quod auctoritas horum Canonum non sit omnino certa, & ly damnatur non afficiat Baptismum, sed ministrum illicite sic baptizantem ) tantum damnat eos, qui in sola morte Christi baptizabant, & ideo unica mersione utebantur; & consequenter si damnat Baptismum tanquam invalidum, intelligit dumtaxat eum, qui dabatur sine invocatione SS. Trinitatis; quippe pro ratione subjungit: Non enim dixit nobis Dominus: In morte mea baptizare, sed: Eantes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Eodem modo explicari potest & debet, quod ex Pelagio Papa ad Gaudentium Episcopum refertur c. 82. de consec. dist. 4. Multi sunt qui in nomine solummodo Christi, qui

Tempore Leandri Episcopi adhibetur una:

In Ecclesia Romana semper usque:

Sub obligatione quædam adhibetur:

Sicut ritus, qui recepti & approbati sunt Ecclesiæ ritus tenentur admodum Titul.

94. Conceptum faceret damnatum:

Non Baptismus, nisi in morte Christi collatur:

96.

Eodem modo intelligitur quod refertur c. 11. de consec. dist. 4. Multi sunt qui in nomine solummodo Christi, qui



etiam mersione se afferunt baptiz. are. Euange-  
licum verò præceptum ipso Deo & Domino sal-  
vatore nostro Iesu Christo tradente, nos admo-  
net in nomine Trinitatis, trinâ etiam mersione  
Sacramentum Baptisma unicuique tribuere, di-  
cente Domino discipulis suis: *Itè, baptiz. are om-  
nes gentes in nomine Patris &c.* Ex qua ra-  
tione subnexa patet, præceptum Euange-  
licum seu divinum (de quo hic facit men-  
tionem Pontifex) non concernere nisi in-  
vocationem SS. Trinitatis; de illa enim  
sola loquitur Evangelium citatum, non au-  
tem de trina mersione.

Addidit autem Pelagius: *trinâ etiam  
mersione*; quia valde conveniens ad expri-  
mendam SS. Trinitatem, & ex traditione  
Apostolica, usu Ecclesiæ confirmata, nec-  
essariò servanda. Cæteroque hic, etiam  
mersionem esse juris divini, quam tamen  
constat defacto in plerisque Ecclesijs con-  
suetudine esse abrogatam. Quo circa

*Theod.* Theod. lib. 4. hæret. fabularum de Euno-  
mio ait: *Ipse quoque subvertit Sancti Baptismi  
ritum à Domino & Apostolis ab initio traditum,  
& contrariam legem apertè tulit, dicens: Non  
oportet te mergere eum qui baptiz. atur (contra  
traditionem Apostolicam) nec Trinitatem in-  
vocare, sed semel baptiz. are in nomine Christi,  
contra præceptum dominicum.*

97. *Assignatur  
ratio con-  
clusionis.*

*Contrave-  
niens usui  
Ecclesiæ  
peccaret  
gravior:  
D. Thom.*

*Dicastillo.*

*Non sic, si  
ter asperge-  
ret ubi usus  
habet ter  
immergere  
ut Barthol.  
de Angelis,  
Sotus, Va-  
lent.*

Ratio igitur conclusionis est: quia ex  
Scriptura, traditione & Patribus non aliud  
probat, quàm ablutioem per se requi-  
ri ad Baptismum de necessitate Sacramen-  
ti: jam autem unica immersio seu ablutio  
est vera ablutio, & ab illa denominatur  
quis simpliciter & usualiter ablutus. Qui  
tamen eâ uteretur contra ulum suæ Eccle-  
siæ, cessante rationabili causa *gravior* (in-  
quit D. Thom. 3. p. q. 66. a. 8. in corpore)  
*peccaret, quasi ritum Ecclesiæ non observans.*

An autem similiter peccaret mortaliter  
ex mente hujus Doctoris, qui baptizaret  
per asperisionem vel infusionem contra ri-  
tum Ecclesiæ suæ, videtur affirmare Di-  
castillo hîc disput. 1. dub. 3. num. 42.  
sed in D. Thom. id non reperio, saltem  
distinctis verbis expressum; neque necessa-  
riò deducitur ex verbis jam citatis: quia  
trina ablutio potest esse materia gravis, &  
pro tali à Doctore Angelico æstimatur; as-  
perisio autem vel infusio materia levis, qua-  
lem censent Barthol. de Angelis dial. 2.  
cap. 92. Sotus dist. 4. q. 5. art. 8. Valent.  
disp. 4. de hoc Sacramento q. 1. puncto 2.  
quos sequitur Dicastillo supra n. 43.

Et potest aliquantulum colligi hæc diffe-  
rentia ex Rit. Rom. supra, ubi simpliciter  
requirit trinam ablutioem, sub disfunctione  
autem perfusionem vel immersionem:

*Trina ( inquit ) ablutioem caput baptizandi  
perfundatur vel immergatur. Sequitur: In  
modum crucis, uno & eodem tempore, quo ver-  
ba proferuntur, utique ut singulæ concurrant  
ad effectum Sacramenti.*

*Quod con-  
firmatur ex  
Rit. Roma,  
no.*

Rogas, an ergo ablutio 2. & 3. quæ se-  
quuntur totam prolationem formæ, non  
sint essentielles? Pro responsione erit

CONCLUSIO IX.

Finitâ formâ cum prima ablu-  
tione essentiali, perficitur  
Sacramentum, sic ut alia  
non sint Sacramenti pars,  
nec sit in potestate ministri  
effectum Sacramenti eous-  
que suspendere.

**N**Otanter dico prima ablutio essentiali;  
quoniam ab intentione ministri  
pendet cum ultima ablutioem conferre effe-  
ctum, si nimirum nolit duas priores esse  
materiam Sacramenti siye essentielles, sed  
tantummodò ceremoniales: verùm tunc  
ultima erit prima essentialis.

98. *Potest mi-  
nister velle  
duas primas  
ablutiones  
esse solum  
ceremonia-  
les.*

Hoc prænotato; probatur conclusio,  
quæ est communis: quia positâ formâ &  
materia essentiali non est in potestate mini-  
stri, ut sit vel non sit Sacramentum; ergo  
non est in ejus potestate, ut conferatur vel  
non conferatur effectus. Antecedens est evi-  
dens; siquidem compositum tum naturale,  
tum artificiale vel morale non est aliud,  
quàm suæ partes essentielles. Consequentia  
probat: quia Sacramenta conferunt suum  
effectum instar causarum naturalium, quæ,  
supposito quòd existant, causant independen-  
tenter ab intentione efficientis. Ergo si-  
militer Sacramenta ex hypothesi quòd sint,  
causabunt gratiam ex opere operato inde-  
pendenter ab intentione ministri. Quis hoc  
negat?

*Non autem  
suspendere  
effectum fi-  
nitâ primâ  
essentiali  
cum formâ.*

Sed (inquit Dicastillo supra num. 69.)  
non possum capere quâ ratione fieri pos-  
sit, ut valeat Baptismus ante 3. immersio-  
nem, si usque ad illam dirigitur inten-  
tio ministri. Ideo mihi placet doctrina  
D. Thom. quæst. 66. art. 8. ad 3. ubi ex-  
pressè docet, ex intentione ministri pen-  
dere dare Baptismum trinâ mersione; ait  
enim: *Intentio requiritur ad Baptismum; &  
ideo ex intentione ministri Ecclesiæ, qui in-  
tendit unum Baptismum dare trinâ immersione,  
efficitur unum Baptisma.* Non esset autem

*D. Thom.*



unum Baptisma trinâ immersione factum, si solâ primâ immersione perficeretur. Ita hic Auctor.

99. Sed numquid nobis displicet doctrina D. Thomæ? Minimè; quippe Angelicus Doctor tantùm vult, quòd minister debeat habere intentionem conferendi unum Sacramentum, quamvis 3. abluat; quia Sacramentum Baptismi nequit iterari, neque habere distinctas formas, ut possint fieri distincta Sacramenta.

Quid aliud significant hæc verba Divi Thomæ supra? *Si vero intendet & ad unamquamq; immersionem unum Baptisma dare, ad singulas immersiones repetens verba formæ, peccaret, quantum in se est pluries baptizans.* Quod verissimum omnes censent. Sed quid ad propositam controversiam? Aut quomodò inde rectè inferitur: Ergo non esset unum Baptisma trinâ immersione factum, si solâ primâ immersione perficeretur? An ergo communis sententia docet plura ibi esse Baptismata? Cerrè nemo hæctenus id somniavit.

Igitur quemadmodùm plures aliæ ceremoniæ hujus Sacramenti præcedentes, concomitantes & subsequentes non multiplicanc Baptisma, sed unum aliquod constituunt, accidentaliter perfectum; ita neque 2. & 3. ablutio & ultiores, si ex præcepto Ecclesiæ essent adhibendæ, quando sequuntur integram prolationem formæ, utpote ceremoniales tantùm, & non essentielles, ut supra notavi.

Et ubi quæso D. Thomæ dicit, non perfici Sacramentum, si cum prima immersione proferatur integra forma? Sanè oculatio Argo sit, qui hoc in ipso legerit. An fortè Dicastillo? Non facilè crediderim, nisi textum proprijs oculis inspexerim.

100. Sed dices: si ablutio tertia præcedat formam, concurrat tanquàm pars, etsi una alioquin sufficeret; ergo etiam quando sequitur. Respondeo negando consequentiam: disparitas est obvia; quippe quando præcedit, quælibet æquè determinatur à forma, & concurrat ad significationem; non autem postea: siquidem forma statim determinat materiam, quæ primò ponitur & sufficit; & quàm primùm id fecit, ponitur tota essentia Sacramenti & effectus, adeoque serò venit, quæ postea subsequitur: *serò autem venientibus* (ut habet commune proverbium) *esse*, id est, in præsentia, ablutio serò venienti attribuitur major soliditas & firmitas accidentalis.

Sicuti etiam possum adhibere unam ablutioem copiosam, etsi minùs abundans sufficeret; equidem tota jam determinatur à

forma: si tamen forma omnem ablutioem præcedit, & incipio cum aliquo tractu aquam infundere capiti, non differtur Sacramentum, quousque desisto ab infundendo; sed quàm primùm sufficiens est ablutio, forma illam determinat, & consequenter cum jam sit sufficiens significatio, ponitur Sacramentum & effectus.

Similiter possum ex illi voce proferre formam; si tamen utor sono vehementi, cerrè totus concurrat ad significationem Sacramentalem, uti ad grammaticalem. Adde ultimæ syllabæ longam caudam; num propterea differtur Sacramentum usque ad finitâ istam caudam? Quis credat Sacramentum indigere tali caudâ, quæ nullatenùs est necessaria ad verborum significationem, à quâ solâ tamen pendet eorum efficacia?

Dices II. ergo peccat, qui, ubi est præceptum adhibendi trinam immersionem, finit formam ante tertiam immersionem. Probatum Consequentiâ: quia tali casu non celebratur Baptismus per trinam immersionem, cum ante tertiam finitâ formâ verborum jam sit celebratus.

Resp. Ecclesia quidem desiderat, ut omnes ablutioes sint Sacramentales, ideoque sollicitè monet, ut Sacerdos formæ prolationem accomodet; attamen sine obligatione, saltem gravi. Prout in simili patet ex Sacramento Extremæ Unctionis de eus jus materia & forma sic statuit Rituale Romanum titulo de Sacramento Extremæ Unctionis: *Dum oculos, aures, & alia corporis membra, que parva sunt, Sacerdos ungit, caveat ne altero ipsorum unigendo Sacramenti formam priùs absolvat, quam ambo huiusmodi parva membra perunxerit.*

Quis tamen ideo dixerit, contrarium facientem peccare, saltem graviter? Nam etiam tunc illud Sacramentum non celebratur sine unctione utriusque oculi v. g. esto unctio alterius solùm sit ceremonialis. Et consimiliter talis Baptismus non celebratur sine trinâ immersione, esto tertia non sit essentialis, sed solùm ceremonialis. Herculè tertia immersio, tamen si incipiat ante finem formæ (quod indubiè sufficit ad evitandum peccatù) in quantum tamen frequenter pro parte durat finitâ formâ, non potest esse nisi ceremonialis, uti & cauda ultimæ syllabæ, ut dixi in solutione præcedētis objectionis.

Atque hanc puto esse communem intentionem baptizantium, ut nimirum velint conficere Sacramentum & conferre effectum, statim atque posita est sufficiens materia & forma. Ex quo sequitur valere Baptismû si puer, aut etiam baptizans moriatur post primam

His non contrariatur D. Thomæ,

Qui censet eum peccare, qui vellet dare ad unamquamque immersionem unam Baptisma;

Quod hic non queritur,

100. Ablutio trina antecedens formam est pars,

Non sic una aut altera subsequens,



primam immersionem factam cum prolatione integræ formæ. Ita Doctores communiter. Nihilominus

102. Objicies III. In formâ absolutionis Sacramentalis ethi sufficit *Absolvo te*, si tamen ex intentione Sacramenti addatur *A peccatis tuis*, non sit antea Sacramentum: ergo similiter per intentionem potest Sacerdos facere, ut etiam tertia ablutio sequens formam sit una pars essentialis Baptismi.

Hæc verba: *A peccatis tuis* etiam subsequenter, possunt esse essentialia.

Resp. gratis admissio antecedente (de quo infra in materia de Pœnitentia) negando consequentiam: nam cum ly *Absolvo* sit significatio de se indeterminatæ, potest per intentionem Ministri sumi in sua generali significatione, vel in significatione à circumstantiis determinandâ ad absolutionem à peccatis. Itaque si velit, ut tantum significet id quod verbum generatim importat, & ut absolutio à peccatis determinatè significetur per verba expressa, omnino id fiet. Non enim, secundum aliquos Doctores, circumstantiæ solæ sic determinant ly *Absolvo*, ut, quidquid intendat minister, debeat in illis determinatè per se significare absolutionem à peccatis; ut patet, quandoquidem præmittatur sæpe in iisdem circumstantiis in generali significatione, dum dicit Sacerdos: *Absolvo te ab excommunicatione*. Sicut itaque ibi ly *Absolvo* sic sumitur generaliter; quidni volente ministro id etiam fiat, dum absque prævia à Censuris absolutione dicit: *Absolvo te à peccatis*?

103. Confirmatur: quia urgente necessitate potest, juxta Rit. Rom. tit. de Sacramento Pœnitentiæ §. Absolutionis forma, simul à Censuris & peccatis absolvere, dicendo: *Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis* &c. tunc autem non est Sacramentum ante ly *A peccatis*, & consequenter ly *Absolvo* potest ex intentione ministri sumi generaliter, volendo ut non circumstantiæ, sed verba expressè ad hoc instituta illud determinent ad absolutionem à peccatis. Igitur si ex intentione ministri id fieri possit, liquet profectò tunc Sacramentum non confici ante ly *A peccatis*, cum ly *Absolvo* in generali significatione sumptum non sufficiat, ut manifestum est.

Aliud est de absolutione secunda vel tertia.

Impresentialiarum autem non sic: etenim secunda vel tertia ablutio nullatenus determinat significationem primæ quasi generalem & indeterminatam; sicuti ly *A peccatis* determinat significationem ly *Absolvo* indeterminatam ad variorum vinculo- rum significandam absolutionem: sed prima ablutio absque eo quòd à secunda vel tertia, aut à circumstantiis determinetur, immò omnibus positivè exclusis, per se

fatis significat lotionem corporis, utpote effectum suum naturalem; hæc autem, & non alia, est essentialis significatio materiæ hujus Sacramenti, quæ simul cum significatione verborum formæ, sive cum ipsa forma eandem abluionem externam corporis ex institutione humana significante, ex institutione divina significat abluionem animæ à peccatis.

Cum prima sit de se factis determinata ad significandam lotionem corporis.

Accedit; quòd ly *A peccatis* requiritur essentialiter, saltem implicite; & consequenter mirum non est, quòd, dum additur, ipsum per se concurrat ad significationem sacramentalem: nihil autem tale invenitur in secunda & tertia abluione; certum quippe est, unicâ immersione absque ullo respectu explicito vel implicito ad secundam aut tertiam, non solum validè, sed etiam licitè ubi moris est, Sacramentum hoc administrari.

104.

Neque secundam & tertiam ad quidem implicite involvat.

Oporteret ergò Adversarios assignare exemplum, in quo effectus suspenditur ob intentionem ministri, positâ materiâ & formâ essentiali; idque propter additionem alicujus, quod nec explicitè, nec implicite ad Sacramentum requiritur, prout est tertia ablutio. Unde in materia de Eucharistia communiter docent Theologi, non posse suspendi effectum consecrationis, usquè dum prolatum sit: *Novi & æterni* &c. quidquid intendat minister; quia videlicet significatio ista non pertinet ad significationem essentialem præsentis sanguinis Christi, seu transubstantiationis vini.

Objicies IV. in Extrema Unctione singulæ Unctiones cum singulis formis proportionatis concurrunt tanquam partes integrales. Respondeo, de hoc esse varias sententias, quarum nulla deservit obijcientibus.

105.

Neque Adversariis prodest argumentum ab unctio- nibus acceptum.

Primò quidem DD. communiter censent, omnes requiri essentialiter, adeò ut unâ ex unctioibus quinque sensuum deficiente, Sacramentum sit irritum. In hæc sententiâ non consentit gratia, nec est Sacramentum aut esse potest, ante ultimam Unctionem. Quid hoc juvat pro secunda aut tertia abluione, quæ nequidem ex præcepto Christi requiritur?

Vel enim omnes requiruntur essentialiter.

Secundò, quidam censent singulas Unctiones constituere cum singulis formis particularia Sacramenta, & conferre statim effectum partialè, sicuti in Eucharistia consecratio unius speciei, aut etiam una species est partialè Sacramentum distinctum à consecratione alterius speciei, sive ab altera specie. Et similiter in Sacramento Ordinationis plures Ordines sunt plura Sacramenta partialia, vel (ut alijs placet) totalia, quæ constituunt

Vel singula cum singulis formis sunt Sacramenta partialia.



unum Sacramentum, non ita unitate moralis integritatis, quemadmodum consecratio panis & vini; quàm bene collectionis & subordinationis ad unicum præcipuum finem, nempe Eucharistiam.

Verùm in hac sententia non potest minister per unam unctionem vel unam formam totum effectum conferre, Christo ita instituentem. Ubi autem instituit tres ablutiones & tres partiales formas Baptismi cum partiali causatione & significatione effectus?

Vel differ-  
tur effectus  
defectu for-  
mæ, utpote in-  
adequatus.

Tertiò, quidam putant sufficere ex institutione divina unicam unctionem; adeò quòd ratio ob quam in prima unctione non ponatur Sacramentum integrum & essentialiter completum, non sit defectu secundæ aut reliquarum unctionum, sed defectu formæ, quæ non est adæquata; sic ut si adæquata foret v. g. illa Græcorum: *Pater sancte medice animarum & corporum, sana hunc servum tuum à morbo corporis & animæ, quo detinetur.* Aut hæc Ambrosiana: *Vngo te oleo sanctificato in nomine Patris &c. ut more militis uncti preparatus ad certamen æreas possis superare potestates.* Vel, si diceretur: *Indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per illum sensum;* Sacramentum perficeretur posita sufficienti unctione, nec expectaretur usque ad 2. 3. aut ulteriorem unctionem, quæ formæ prolationem sequeretur: eo modo, quo in præsentem conclusionem dicimus positâ unicâ ablutione & formâ proportionatâ, non expectari 2. aut 3. ablutionem, sed statim perfici Sacramentum & conferri gratiam sanctificantem tanquam effectum naturalem, consequentem causam quasi naturalem non impeditam.

Sufficeret  
una unctio,  
si foret for-  
ma adæqua-  
ta.

Idem est de  
ablutione.

106.

Sed contra: Impeditur per intentionem ministri, qui existimans, secundum aliorum opinionem, se posse suspendere effectum usque ad 3. ablutionem, ita absolute & simpliciter vult.

Respondeo: vel hæc intentio est tacite subordinata alteri efficaciori ac prævalenti, quâ minister vult absolute facere quod Christus instituit, quamquàm ex errore putet sic instituisse, & tunc citius con-

fertur Sacramentum. Sicuti etsi Græci erroneè existimant ad consecrationem panis necessariò concurrere *ly Quod pro vobis datur*, adeoque eouque differri effectum; equidem validè consecrant, ob prævalentem communem intentionem, quâ absolute volunt consecrare, etsi illa verba ex institutione Christi non concurrerent.

Vel ista particularis intentio est omnino absoluta & efficax, elidens alteram communem & præviam, hoc est, vult minister tertiam ablutionem concurrere, adeò ut si hoc non possit stare simul cum eo, quòd concurrat prima & secunda, nolit hæc esse Sacramentales, ut saltem tertia sit talis; & tunc quidem (ut in principio conclusionis indicavi) verè differretur Sacramentum usque ad tertiam, sed prima & secunda ablutio non sunt partes essentielles, quod tamen Adversarij videntur velle.

Vel si omnes velit esse partes essentielles, efficacius tamen simul intendat differre Sacramenti essentialiam & effectum usque ad tertiam, quæ sequitur formam, etsi etiam aliter Christus instituisset; audacter pronuntio, talem nihil facere: quemadmodum qui intenderet consecrare, tamen omnino absolute nollet Sacramentum aut effectum poni ante quadrantem horæ postea, nequaquam validè consecraret Eucharistiam: uti & ille invalide absolveret, qui nullatenus intenderet dare effectum ante hæc verba: *In nomine Patris* &c.

Rationem iterum assigno, cum illa finiens præsentem conclusionem & sectionem; quia non est in potestate ministri differre positionem Sacramenti, & ex consequenti differre effectum Sacramenti positâ sufficienti materiâ & formâ cum debita intentione; sicuti non est in potestate ministri ponere Sacramentum illorum aliquo deficiente.

His ita constitutis de prima parte essentiali hujus Sacramenti, pro secunda instituitur